

**ACTA
ACADEMIAE
VELEHRADENSIS**

ANNUS XII.

FASC. I.-II.

OLOMUCII 1932

SUMPTIBUS ACADEMIAE VELEHRADENSIS

ACTA ACADEMIAE VELEHRADENSIS

Eduntur annuatim in quattuor fasciculis. Subnotatio pro anno 35 Kč, pro externis 1.50 dol.

Redactio et expeditio: *Olomouc, Salesianum, RČSL*. – No. rationum in officio postarum čsl. Pragae 12.704.

Manuscripta, libri, commentaria mittenda redactioni. Les manuscrits, les livres et revues pour échange doivent être envoyés à redaction de les *Acta, Olomouc, Salesianum, RČSL*.

	Pag.:
<i>Contenta in fasc. 1/2: Quid intendamus quasve normas sequi statuamus.</i>	1
I. Acta in parando VI. Conventu Velehradensi. Programma VI. C. Vel. approbandum. — Litterae Summi Pontificis, quibus approbatio VI. Con. Vel. conceditur.	4
II. Memorabilia conventuum Velehradensium quinto lustro eorum peracto (Invitatio A. V. — Responsa: Excelmi DD. ep. d'Herbigny, Przewdziecki, Sokolowski, R. P. Salaville, Exc. D. archiepiscopus Prečan, Revmi D. Mag. Gener. O. P. Stanislai Gillet, Dr. Fr. Grivec, Dr. J. Habeš.)	11
III. Responsa orthodoxorum theologorum ad propositas quaestiones discutiendas. Expositio et invitatio A. V. — Responsa: archieppus Damianus, Dr. Nic. Glubokovskij, Nic. Berd'jaev, protoierej S. Bulgakov, E. Spektorskij, N. Losskij, prof. I. A. Il'in.	35
IV. Articuli: J. Hudeček, Archaeologicae excavationes in regionibus Velehradensibus, prope Vetus Uh. Hradiště	42
C. Bourgeois, S. J., De missionibus Russorum orthodoxorum apud infideles	52
Dr. Val. S. Vilinskij, De studio ecclesiasticae historiae russicae.	64
Dr. Val. S. Vilinskij, Vývoj náboženského tisku ruské emigrace. (Evolutio religiosae litteraturae russicae in exilio.)	70
V. Varia: Russi exsulantes in Republica čechoslovaca	77
Slavorum Institutum Pragense	85
Litterae Excelmi D. metropolitae Andreae	90
De basilica Velehradensi	91
De novo sanctuario in honorem ss. Cyrilli et Methodii Olomucii.	92
De primo congressu jurisperitorum statuum slavico-rum Bratislavae an. 1933 celebrando	93
Recensiones	94
Conspectus litteraturae croaticae, bohemicae de quaestione sociali.	98
Prospectus editionis phototypicae „Olomoucká bible“	

Acta Academiae Velehradensis

Tomus XII.

A. D. 1932.

Fasc. 1/2.

REDACTIO: OLOMOUC, SALESIANUM, RČS.

Num. ord. 393.

IMPRIMATUR

Olomucii, 18. III. 1932.

✠ LEOPOLDUS, archiepiscopus Olomucen.

QUID INTENDAMUS QUASVE NORMAS SEQUI STATUAMUS

In conventu generali Academiae Velehradensis decumum est, ut annuatim Acta Academiae Velehradensis ederentur. Consilium hoc approbatum est a praeside Apostolatus ss. Cyrilli et Methodii, Excellentissimo Domino archiepiscopo Olomucensi, dre Leopoldo Prečan, collaudatur a multis clarissimis viris, qui auxilium in edendis Actis promittunt.

Programma nostrum ad brevissimam formam redactum erit : *referre de actis et factis, adjuvare agenda et facienda omnium eorum, qui labores suos consecrarunt unitati Ecclesiarum*. Inde intentio nostra praecipua est inservire unitati Ecclesiarum. Attamen ad hanc unitatem promovendam uti necessariam conditionem consideramus unitatem omnium, qui unitatem Ecclesiarum uti finem laborum sibi proponunt. Ad hoc igitur adlaborare intendimus, ut operarii unionistici aciem unam bene ordinatam forment, vires suas mutua unione augeant, labores suscipiendos intra se distribuant.

Intentio nostra non est quid novum. Hunc finem prosequerantur inde ab initio Conventus Velehradenses eumque ex parte practice obtinuerunt. Eundem finem sibi proponebant piae memoriae dr. Antonius Cyrillus *Stojan* eiusque adjutores in II. Conventu Velehradensi anno 1909 fundationem Academiae Velehradensis decernentes. Nunc temporis nova Instituta scientifica et theologica sunt creata, in quibus professores eruditi laborant, tamen indigent quodam organo, ut fructus scientifici laboris foro internationali proponant. — Inde si secundum vota ac propositiones Conventuum Velehradensium iterum Acta

Academiae Velehradensis edantur cooperantibus omnibus iis, qui inter Slavos maxime quaestiones unionisticas prosequuntur, per se iam quaedam conjunctio inter Instituta slavica evolvetur. Necessitas istius associationis ex alio capite provenit. Iis, qui debent hanc necessitatem speciatim intelligere, referro verba Vladimiri *Dvorniković* (Zagrebensis): „Po světové válce se obraz Slovanstva ze základu změnil: všichni slovanští národové dostali své zvláštní a samostatné státy. — Tím novým stavem okresleny jsou i kontury nových problémů Slovanstva. Vskutku, staré problémy se jeví v nových formách. — Navždy zmizel starý romantický panslavism. Ale proto zůstala jedna ohromná síla, která i nadále vně formuje Slovanstvo v jeden celek, hněte a imperativně nutí všechny slovanské národy, aby se sjednotily a zorganizovaly v jednom celku toť celý neslovanský díl dnešní Evropy. Tato románsko-germánsko-anglosaská Evropa sama úporně tvoří všeslovanství... Tento tlak, ale při tom jako smluvená solidárnost Západu ve vylučování a isolování Slovanů mimo kulturní ohrady, měl by již jednou vyvolati i slovanskou protisolidárnost. — O tom dnes mají přemýšleti rozdělení a isolování Slované v Evropě. Velikou měrou jsou sami vinni; vinou osobních hněvů a plýtvání energií jsou vinni, že jsou jim jako kulturním jednotkám ještě stále uzavřeny dveře.“ — (Vladimír Dvorniković, Kulturní osamocení Slovanstva v Evropě. Articulus in Ročenka českoslov. republiky, 1929, pag. 289 et sq.)

Auctor citati articuli probat necessitatem unitatis Slavorum ostendens eorum maximam disgregationem. Analogice omnia ista possent dici de Slavis catholicis vel christianis respectu vitae religiosae, quae hora praesenti obruitur maximo communi periculo. Si conjunctio Slavorum est secundum Dvorniković imperativum diei, valet hoc a fortiori pro omnibus nobis, qui inter Slavos sumus catholici vel christiani. Actio contra fidem fit viribus unitis. Utinam hostis communis nos doceret necessitatem mutuae conjunctionis. — Consideratis ideo hisce conditionibus volumus evocare Academiam Velehradensem ad plenam activitatem. Medium ad hunc finem consideramus Acta. Organisatio scientifica sine organo est impossibilis, Academia Velehradensis tunc demum sua officia ac munera implebit, si eius Commentaria satisfecerint omnibus postulatis scientificis

Nunc verbum de norma sequenda. Nostram normam in edendis Actis mutuamus a normis, quae impositae sunt saepius Conventibus

Velehradensibus ab ipsa Sancta Sede, id est caritas fraterna et objectiva expositio in quaestionibus tractandis. Practice volumus ita procedere, ut referentes de actis paremus viam ad agenda in spiritu caritatis et unicae veritatis.

Concrete: Acta Academiae Velehradensis debent continere breviores dissertationes et elucubrationes, maxime de quaestionibus actualibus relationem habentibus ad unitatem Ecclesiarum, dein recensiones, conspectus litterarios, analecta scientifica et similia. — Praeter Acta faventibus conditionibus longiores dissertationes et libri edentur in serie *Operum Academiae Velehradensis* vel ut supplementum Actorum Ita Academia Velehradensis cum suo Commentario et serie Operum promovebit etiam studia Orientalia ad mentem Encyclicae „Rerum orientalium“, litterarum Apostolicarum saepius emissarum ad Conventus Velehradenses, tum etiam ad mentem Encyclicae ad slavicos episcopos, tum litterarum S. R. Congregationis de Seminariis ad episcopos de studiis rerum orientalium de die 28. Augusti 1929.

Redactores Commentarii et publicationum nominati sunt: univ. prof. Dr. Fr. Dvorník, Pragensis, Msgr. Fr. Jemelka, secretarius Apostolatus ss. C. et M., univ. prof. Dr. J. Matocha, Olomucensis, univ. prof. Dr. J. Vašica, Olomucensis. — Inter collaboratores adnumerare possumus etiam viros clarissimos, qui etsi non catholici, tamen unitatem Ecclesiarum desiderant ipsique labore suo inservire nobiscum cupiunt.

Articulos promiserunt: *Dr. Vašica*, De scholiis slavicis ad 28. can. Conc. Chalced. secundum N. P. Rutkovskij Latinskija scholii v Kormčich knigach. Seminarium Kondakovianum, vol. III./1929, pag. 149—168.

Dr. Aug. Neumann, docens in facultate theol. ss. C. et M. Olomucensi, procurabit editionem documentorum statum ecclesiae ac religionis in Russia Subcarpatica respicientium.

Bulgakov, De ecclesia (russice).

Čcheidze, De philosophia Fedorovii (russice).

Dr. S. Vilinskij, sen., prof. universitatis Brunensis, De mystica vita (russice).

Cura Academiae Velehradensis hoc anno edetur phototypice antiqua versio bohemica S. Scripturae, s. d. „Bible Olomoucká“ ex a. 1417, cuius operis prospectum alio loco inserimus.

Anno proximo juris publici fiet opus *Rudolphi Hurt*, archivarii Brunensis, „Historiae monasterii Velehradensis“ pars I., a fundatione usque ad annum 1650 exarata secundum documenta nondum edita. II. pars continebit periodum historiae ab anno 1650 usque ad 1784.

Fasciculum praesentem maxima cum gratitudine dedicamus omnibus, qui in decursu quinque lustrorum unitati Ecclesiarum inservientes labores Conventuum Velehradensium fovebant ac promovebant.

Redactores.

I. ACTA IN PARANDO VI. CONVENTU VELEHRADENSI

PRECES SUPPLICES

praesidis Apostolatus ss. Cyrilli et Methodii,

ARCHIEPISCOPI DRIS LEOPOLDI PREČAN,

*quibus a Summo Pontifice approbatio VI. Conventus
Velehradensis eiusque propositi programmatís imploratur.*

BEATISSIME PATER,

Praeses Consilii Centralis Apostolatus ss. Cyrilli et Methodii sub patrocínio B. Mariae Virginis ad pedes Sanctitatis Vestrae provolutus humillimas eiusdem Apostolatus porrigit preces, quibus implorat approbationem programmatís VI. Conventus Velehradii anno proximo celebrandi.

Occasione III. Congressus slavicae juventutis catholicae convenit Nitriae Consilium Centrale dicti Apostolatus, ut objectum in illo VI. Conventu tractandum determinaret seligeretque auctores referentes ac acceptaret modum procedendi in parando et celebrando illo Conventu.

Deliberatione facta decisum est, ut in Conventu proximo qua praeceptum argumentum proponeretur *doctrina de fide, vinculo symbolico Corporis Christi mystici, custodiendo auctoritate Conciliorum.*

Labores circa hoc argumentum committendi erunt tribus diversis sectionibus, quae sub respectu dogmatico, historico et liturgico rem

tractare debent, prouti in allegato programme ulterius declaratur.

Quoad referentes decretum est invitare ad praelegendum ac referendum tantummodo viros in quaestionibus illis undequaque peritos, quorum dignitas auctoritasque inter alios eminet, praecipue clarissimos professores Pontificii Instituti Orientalis de Urbe.

Parandus Conventus VI. claudere debet periodum quinque lustrorum inde a primo Conventu Velehradensi iam actorum. Proinde possident Conventus Velehradenses suam quandam traditionem ac methodum saepius iam approbatam auctoritate Apostolicae Sedis necnon collaudatam benigno favore Sanctitatis Vestrae. Quae methodus comprobata unice servanda erit etiam in parando celebrandoque Conventu hoc, speciali modo festivo.

Tandem ut programma VI. Conventus Velehradensis hisce humilissimis precibus meis allegatum fundamentum fiat felicis proventus laborum susceptorum ulterioresve progressus significet in via tam ardua ad reconciliandos fratres separatos — cordi Sanctitatis Vestrae inextinguibili amore colligatos — liceat mihi enixe implorare Apostolicam Benedictionem Sanctitatis Vestrae pro omnibus, quicumque sancto operi Unitatis intendentes Conventum dictum parare properant.

ET DEUS

Datum Olomucii, festo s. Jacobi, Apostoli,
die 25. Julii, anno salutis 1931.

✠ LEOPOLDUS,
archiepiscopus Olomucensis,
Apostolatus ss. Cyrilli et Methodii praeses.

PROGRAMMA

VI. CONVENTUS VELEHRADENSIS

*unitatis Ecclesiarum promovendae causa a. D. 1932 ad finem
quinti lustrum conventuum Velehradensium celebrandi.*

DIE I.

Hora 8.30 – 12 Inauguratio – I. sessio in pleno.

1. I. dissertatio dogmatica: Notio fidei et progressus fidei secundum conceptum theologiae Orientis separati.

Hora 15 – 16.30 sectio historica :

2. I. dissertatio historica: Fides atque influxus „fideismi moderni“ in doctrinis religiosis Orientalium.
3. II. dissertatio historica: Fides et necessitas Conciliorum in decursu temporum.

Hora 16.30 – 18 sectio liturgica : I. dissertatio liturgica :

4. Liturgia ut principium conservationis fidei secundum conceptum theologiae Orientis separati.
5. II. dissertatio liturgica: Liturgia ut principium progressus fidei secundum conceptum theologiae Orientis separati.

Vespere: Conferentiae eruditorum, colloquia cum hospitibus orthodoxis, Adoratio Sanctissimi, Consideratio, preces coram SSo. (Fit quotidie).

DIE II.

H. 9 – 12 II. Sessio in pleno, ad finem relatio de fructibus conaminum unionisticorum.

6. II. dissertatio dogmatica: Fontes fidei principales et auxiliares secundum conceptum theologiae Orientis separati.
7. III. dissertatio dogmatica: Ecclesia, Corpus Christi mysticum, ut principium conservationis et progressus fidei secundum conceptum theologiae Orientis separati.
8. IV dissertatio dogmatica: Concilia generalia ut principium conservationis fidei secundum conceptum Orientalium separatorum.
9. Relatio de fructibus laboris Summi Pontificis in convocandis fratribus separatis ad unitatem fidei. (Instituta Romana).

Pomeridie sectiones uti die praecedenti :

10. III. dissertatio historica: Fides et auctoritas ecclesiastica in Conciliis oecumenicis.
11. IV. dissertatio historica: Fides et auctoritas civilis in iisdem Conciliis oecumenicis.
12. III. dissertatio liturgica: Methodus et valor argumentationis theologiae ex factis liturgicis.
13. IV dissertatio liturgica: Liturgia et symbolismus fidei ad mentem Orientis separati.

DIE III.

Sessio III. in pleno h. 9 – 12.

14. V dissertatio dogmatica: Scientia theologica et philosophica ut principium conservationis et progressus fidei ad mentem Orientis separati.
15. VI. dissertatio dogmatica: Pietas populi ut principium conservationis et progressus fidei secundum conceptum theologiae Orientis separati.
16. Relationes de Apostolatu ss. Cyrilli et Methodii, de Academia Velehradensi, aliisque Institutis scientificis ac practicis promoventibus unitatem fidei.

Hora 15 – 18 sectiones historica et liturgica:

17. V dissertatio historica: Relatio inter defectum a fide (haeresim) et defectum ab unitate (schisma).
18. VI. dissertatio historica: *a)* Doctrina de Immaculata conceptione apud Russos et vera notio de progressu fidei et evolutione dogmatum. *b)* De pugna contra fidem eiusque modernis methodis.
19. V dissertatio liturgica: Liturgia medium ad augendam fidem credentium subjectivam.
20. VI. liturgica dissertatio: *a)* Liturgia vinculum unitatis fidei, vel *b)* Symbolum fidei in Liturgiis, vel *c)* Liturgia et praedicatio fidei (Homiliae, exhortationes ad populum fidelem).

Vespere conferentiae peritorum ad parandas et redigendas resolutiones pro ultimo conventu in pleno.

Diebus conventus fiet Expositio illustrans labores diversos inservientes Unitati Ecclesiarum promovendae.

DIE IV.

Dominica: Sollemnis Liturgia pro gratiarum actione. IV sessio in pleno ad concludendos labores.

21. Peroratio in qua indicentur methodi sequendae pro laboribus in futuro absolvendis. Definitiva acceptatio resolutionum.

Sabbato vespere et die dominica Actio Unionistica popularis.

LITTERAE APOSTOLICAE

*ad Revmum Archipraesulem de Congressu unionistico
Velehradii celebrando.*

VENERABILI FRATRI

LEOPOLDO PREČAN, ARCHIEPISCOPO OLOMUCENSI,
OLOMUCIUM

PIUS PP. XI.

Venerabilis Frater, Salutem et Apostolicam Benedictionem.

Haud mediocri cum animi gaudio accepimus a dilecto Filio Nostro Aloysio S. R. E. Presb. Card. Sincero, qui, ut nosti, a secretis est sacri Consilii Orientali Ecclesiae praepositi, sextum propediem Conventum Velehradii celebratum iri, prope venerandas SS. Cyrilli et Methodii aedes, auspice quidem pio Apostolatus Opere, quod a beatis hisce caelitis nuncupatur. Laetum hoc nuntium, ut diximus, idcirco non mediocre Nobis solacium indidit, quod ab iis, quae aliae ex aliis, per non diuturnum annorum intervallum id Congressiones habitae sunt — pluribus sane, cum sacrorum Antistitibus, tum lectissimis viris studiose elaborantibus — *non parvae ad Ecclesiae unitatem procurandam profluere utilitates.*

Ac praeterea sextus huius modi coetus hoc iterum atque iterum patefaciet, quod iam superiores Conventus luculenter testati sunt, inviolatam scilicet Jesu Christi sponsam, Nosque imprimis, qui eius gubernacula divinitus moderamur, quique sedula tua, Venerabilis Frater, istiusque, cui praees, Sodalitatis opera iuvamur laetamurque, neque curis unquam parcere neque laboribus, ut dissidentes fratres ac filii germana catholicae Ecclesiae doctrina satis collustrati, eiusque caritate permoti, ad auspicatam tandem aliquando redeant unitatem.

Neque dubitamus quin desciti a Nobis filii, qui coetibus interfuere, cum Ecclesiae Matris sollicitudinem et impensum in eos vestrum omnium studium perspectum habuerint, laetabilis huius incepti vim senserint atque incitamentum. Quam quidem vim atque invitationem, ut vel vehementius experiantur, eidemque ultro libenterque respondeant, ut scilicet christianae unitatis beneficia intentiore animo recolentes, ad eam amplectendam totis viribus contendant, instantes caelestium bo-

norum Datori admoveri preces exoptamus; ita enim, opitulante Deo, feliciter continget ut omnes, ii etiam, quotquot ab Apostolica hac Sede misere aberrant, pretiosa optatae pacis optatique Jesu Christi Regni munera adipiscantur.

Ad quod sane propositum assequendum illud non parum conferet doctrinae caput, de quo in proximo Velehradensi Congressu agetur: *de fide nempe, quae indissolubile sit mystici Jesu Christi corporis vinculum.*

Ac pro certo sanctissimi illi Episcopi, Cyrillus et Methodius, cum tanti ponderis veritatem cernent dogmaticis, liturgicis historicisque rationibus inlustratam, pro cuius ipsimet triumpho tot exantlarunt labores suamque totam insumpsere vitam, de caelo vobis arridebunt magnaue laetitia afficientur.

Qui vero intellegentia sua atque doctrina de re in coetibus agent, adeo sunt, ut novimus, ad has disciplinas periti atque instructi, ut neutiquam dubitemus quin uberes inde ac salutare profecturi sint fructus. Qui quidem fructus ut copiosiores etiam evadant, instanter vobiscum una sanctos illos precamur catholicae unitatis adsertores atque Apostolos, Cyrillum nempe ac Methodium, qui vobis laboribusque vestris — imploratis a Deo lumine atque auxilio — e caelo adsint.

Nolumus praeterea hanc praeterire opportunitatem, quin eam vobis iteremus adhortationem invitationemque, quam haud ita pridem per Encyclicas Litteras „*Nova impendet*“ universo habuimus catholico Orbi, quandoquidem enim in eos vos coetus conventuri estis, quibus Redemptor noster praesentiam suam pollicitus est, „Ego sum in medio eorum“, communes habetote supplicationes, quibus a misericordiarum Patre pacisque Principe necessarium in increscenti, quod lamentamur, discrimine, iis praesertim impetretis adiumentum atque levamen, qui afflicta fortuna laborant, neque habent unde victum operando sibi comparare queant.

Quod est reliquum, tibi, Venerabilis Frater, iisque omnibus, qui in proximis coetibus intererunt, divinorum munerum auspicem paternaeque voluntatis Nostrae testem Apostolicam Benedictionem amantissime impertimus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum die XXV mensis Decembris, in festo Nativitatis D. N. Jesu Christi, anno MDCCCXXXI, Pontificatus Nostri decimo.

PIUS PP. XI m. p.

REVMUS ARCHIPRAESUL GRATIAS AGIT SUAE SANCTITATI PRO LITTERIS APOSTOLICIS

Beatissime Pater !

Acceptis gratiosissimis Litteris Apostolicis diei XXV. Decembris 1931, quibus Sanctitas Vestra Beneplacitum Suum ad VI. Conventum unionisticum Velehradii propediem celebrandum largiri dignata est, humillime infrascriptus archiepiscopus Olomucensis ac Apostolatus SS. Cyrilli et Methodii praeses praesenti hac epistola summas quas potest devotissimasque ad thronum Sanctitatis Vestrae perferre festinat grates pro novo hoc signo paterni amoris curaeque sollertissimae, qua Sanctitas Vestra exiguum dicti Apostolatus opus prosequi haud desinit, et pro Apostolica benedictione, qua recentissimum hoc nostri Apostolatus coeptum statim a suo initio adaugere atque honorificare voluit. Augusta Sanctitatis Vestrae verba, quae in primis humillime infrascripto, ad quem data erant, in variis pastoralis sui officii anxietatibus tantam attulere consolationem, magnae laetitiae causa fuerunt coetui Conventus praeparatorio simulque singulari in continuandis eius laboribus incitamento. Hinc est, quod iterum atque iterum Sanctitati Vestrae ex toto corde meo gratias ago.

Quis est qui haud fateatur electum Dominicum Gregem arduis impraesentiarum laborare difficultatibus, iniustis ubique fere terrarum affici persecutionibus variisque supra modum, ut videre licet, premittationibus? Quis autem est, qui ignoret in tot tantisque Corporis Christi mystici doloribus participare praeprimis omnium membrorum visibile Caput, Christi Vicarium, de quo sane hodie uti licet Ipsius Ecclesiae Conditoris verbis: „Ego enim ostendam illi, quanta oporteat eum pro me pati.“ Quodsi igitur communis omnium Patris semper in orationibus memores nos esse oportet, occasione proximi Conventus Velehradensis, cum iuxta Sanctitatis Vestrae voluntatem in praelaudatis pretiosis Litteris Apostolicis expressam communes faciemus supplicationes pro fratribus nostris dissidentibus, iisque implorabimus adiumentum atque levamen, qui afflicta laborant fortuna, SS. Cyrilli et Methodii potentissimo patrocinio confisi, instantissimas insimul Deo

tundemus preces, quatenus Ecclesiam suam sanctam eiusque visibile
Caput regere et conservare dignetur.

Quae dum ex intimo corde profero

Sanctitatis Vestrae

humilissimus, devotissimus servus et filius

✠ LEOPOLDUS m. p.,

archiepiscopus Olomucensis,

Apostolatus SS. Cyrilli et Methodii praeses.

OLOMUCII, die 28. Januarii 1932.

II. MEMORABILIA CONVENTUUM VELEHRADENSIIUM QUINTO LUSTRO EORUM PERACTO

EXCELLENTISSIME DOMINE

Jam quinque lustra inde a primo Conventu Velehradensi pertransiere, spatium temporis, quo mentes et corda tot virorum illustrium doctrina et pietate approbante et adspirante Apostolica Sede, sub auspiciis nunc gloriose gubernantis Summi Pontificis dirigebantur versus Orientem, maxime erga nationes cristianas infelicis nunc Russiae, ut eas omnes reducere adjuvarent ad unum ovile Christi.

Labor ille quinque lustrorum certe meretur, ut hac data occasione perlustretur, ut bonum Ecclesiae inde natum appareat clarius, crisi ac revisioni subjiciantur methodi, quas adlaborantes in Conventibus sunt secuti, quasve adhuc perfectiores reddere possimus, verbo fiat historia nobis magistra.

Ad hunc finem intendimus praeparare ante VI. Conventum anno proximo Velehradii celebrandum Libellum commemorativum istius periodi elapsae. In illo modesto libello praeter alia sententias ac reminiscentias eorum apprehendere desideramus, qui Velehradii primi fervore ac amore exarserunt ad reconciliandos fratres nostros separatos.

Maxima gratitudine nos Excellentia Vestra obligaret, si ad dictum finem brevi articulo nobis manifestaret sententiam propriam de Conventibus, eorum evolutione, utilitate, methodis, indicans simul adhuc meliores vias ad obtinendum finem.

Quam gratitudinem pro hoc labore iam nunc liceat nobis exprimere permanentibus in profundissima aestimatione.

Excellentiae Vestrae addictissimi.

✠ LEOPOLDUS m. p.,
archiepiscopus Olomucensis,
Apostolatus SS. Cyrilli et Methodii praeses.

Prof. Dr. JOANNES HEJČL,
vicepraeses Academiae Velehradensis.

OLOMUCII, 7. XI. 1931.

A SON EXC. MONSEIGNEUR
LE DOCTEUR LÉOPOLD PREČAN, ARCHEVÊQUE D' OLOMOUC
TCHÉCOSLOVAQUIE

EXCELLENTISSIME DOMINE

Laetus accepi Dominationis Tuae Celsissimae litteras die 7. Novembris datas quibus, post emensa quinque lustra a primo conventu Velehradensi, praenuntiabas ante sextum conventum anno 1932 celebrandum praeparari „Libellum Commemorative“ periodi elapsae.

Gratulabundus cum Excellentia Tua Deo Optimo gratias ago pro omni progressu, qui illis in rebus ab initio floruit. Non pauca enim conspiciere fas est quae vero sensu ab ipsis congressibus Velehradensibus, vel initium habuere, vel saltem validam cooperationem accepere: Incipientibus enim congressibus, pauca in plerisque civitatibus et regnis inter Latinos de orientalibus rebus curabantur, si Romanam Sedem excipias et aliqua in paucis religiosis familiabus opera, ut erant Syriae et Armeniae vel Aegypti missiones, cum Universitate Berytensi et celeberrima Facultate eius orientali cum laudatis typographis et editionibus scientificis, vel collegia et studiorum domum Assumptionistarum cum eorum periodico „Echos d'Orient“, sub impellente Excellentissimo Ludovico Petit. Scientifcae etiam collectiones Patrologiae orientalis edebantur, quae tamen eruditis maxime notae erant. Hodie autem publica totius mundi catholici opinio rebus orientalibus maxime attenta est. Pro Russia praesertim ceterisque slavici populis, praeter orationes ubique terrarum aliquando sollemniores etiam quotidie post singulas missas a toto populo catholico oratur. In cunctis

etiam seminariis post Encyclicam „Rerum orientalium“ (8 Sept. 1927), et magis etiam nunc post Constitutionem „Deus scientiarum Dominus“ (24 Maii 1931), studia orientalia clericis aperienda sunt et valide promovenda.

Oratione ergo et scientia, quae ambae in congressibus Velehradensibus commendabantur, et pro quibus humiliter Sancta Sedes a congregatis implorabatur, vigore novo speique pleno, toto orbe redivit Orientalium ad sinum Ecclesiae Matris praeparatur.

Praxim autem quod attinet nihil hucusque factum esse aliquis forte objiciet. Id tamen a vero procul distare constat. Sane si quis existimasset politicis quibusdam artibus, et quasi ex improviso, Orientales tot suis cladibus oppressos ad Sanctam Sedem statim cunctos accedere debere, a sua spe removeri debuit, quae, ut patet, imprudens prorsus erat, et Providentiae viis non conformis. Etenim, si Ipse Christus ab Apostolis dispersionem Israelis Gentesque lento veritatis progressu acquirere voluit, quomodo Ecclesia Ipsius Sponsa alia methodo animabus prodesse posset? Intentum enim non est ut numerus adscriptorum in immensum subito amplificetur, qui forte citius etiam separantur, sed ut animae vitali communicatione succum Vitae participant unde sanctitatis fructus in catholica unitate maturescant. Proinde sicut Ipse Christus Apostolos praecipue per annos formare voluit quibus dein Spiritus Sanctus suggereret quaecumque Ipse dixerit, primus Ecclesiae conatus practicus in sacerdotum institutione versari debebat, qui pietatis et caritatis, fidei et scientiae exemplo animas ad Christi conformitatem incitare valerent. Nec deest in Ecclesia nunc practica illa manifestatio fructuum Velehradensium: seminaria enim pro Orientalibus aucta et multiplicata, sive Romae, sive in singulis regionibus, impellente et subsidiis promovente Ipso Romano Pontifice, quis non miretur? Insuper et Religiosorum Ordines praecipui orientalem sectionem vel provinciam erexerunt, vel saltem incoeperunt: unde fit, ut, sicut veneratio et quotidiana celebratio orientalium rituum diffunditur, cum et S. Benedicti, et S. Dominici, et S. Francisci, et S. Ignatii, et S. Alphonsi de Liguori filii, et recentiores etiam sacerdotum sodalitates, ut sunt Mariani et Assumptionistae aliaeque, filios S. Basilii imitati, aequalem rituum orientalium dignitatem cum latino, publice et universaliter manifestent. Initia sane solummodo videmus, sed talia ut iure exspectari possit et debeat lata diffusio mentis quae a regnante Pon-

tifice Pio Papa XI post tot praeclaros praedecessores tam instanter declaratur, Orientis uniti filios aequae catholicos esse, aequae dilectos, aequae ad sanctitatem invitari, aequae ad regni Dei inter fideles et infideles dilatationem cooperatores exoptari.

Aurora illa quae plenum diem praenuntiat quo, pari numero forte et activitate, et ut antiquis temporibus maiori forsitan sanctitate, Oriens iuxta Occidentem Deum in communione cum Apostolica Sede glorificabit, non solis sane congressibus Velehradensibus debetur, sed soli Deo, qui ministris et instrumentis undequaque collectis utitur et quasi praecones de nocte sibi elegit praeclaros viros ut Metropolitam Andream Szeptisky, et Excellentissimum Antonium Cyrillum Stojan, una cum aliis in congressibus Velehradensibus, qui aurorae illius ortum ab Omnipotenti Deo implorabant et obtinuerunt.

His ergo olim peractis, per 25 annos, cum oratione, scientia et praxi, maiora pro futuris temporibus exspectanda sunt, quae ex intima cum Sancta Sede cooperatione quasi secunda dici possunt.

Orationi ergo primo instandum est, ut omnis superbia et cordis durities e cordibus nostris occidentalibus evellantur, fulgeatque sola propriae veritatis et caritatis cura, nunc quidem maxime pro immensis illis regionibus ubi antichristiana sic dicti bolchevismi persecutio contra quamlibet religionem furit. De orationis ergo et sanctitatis necessitate pro Orientis reditu futuri congressus Velehradenses valde insistant, celebratis forte orationibus XL horarum, vel saltem exposito SS. Sacramento pro simplicioribus, dum eruditi de scientificis quaestionibus tractant.

Scientificae quaestiones ita examinentur ut methodus potissimum disquiratur qua efficacius pro ipsis dissidentibus proponi valeant. Denique, quantum fieri poterit, diffusio catholicae litteraturae de rebus praesertim dogmaticis, liturgicis, asceticis, socialibus, et de liberorum in vera mente christiana educatione, linguis dissidentium, maxime slavica, ab ipsis Velehradensibus congressibus et Academia, necnon ab Apostolatu SS. Cyrilli et Methodi, quam amplissime promoveatur.

Haec pauca pro humili mea parte, interrogante Excellentissima Dominatione Tua, modestissime propono, una solum reflexione addita, talem esse Apostolicae Sedis et regnantis Pontificis affectum erga quoslibet Orientales filios, ut ex illo divini amoris indicio, certo colligi

valeat tempora nunc appropinquasse quibus unitas non ad breve solum tempus sed fideliter permansura fulgeat.

Orationibus dum me commendo, magna cum veneratione me profiteor Excellentissimae Amplitudinis Tuae humillimus et devotissimus in Xto servus

Die 10 Decembris 1931.

✠ MICHAEL D'HERBIGNY S. J., m. p.

*Episc. tit. Ilien. Praeses Pont. Inst. Stud. Orient.
et Pont. Comm. pro Russia.*

EXCELLENTISSIME DOMINE

Aestimatisimas litteras Excellentiae Vestrae d. 7. novembris a. c. datas accepi, pro quibus gratias maximas ago Vigilantissimo Successori Apostoli actionis unionisticae p. m. Archiepiscopi Stojan.

Fere ab initio conventuum Velehradensium partes in eis habebam.

Conventus Velehradenses viros illustres doctrina et pietate, toto corde prosequentes verba Christi de uno ovili et uno pastore, e multis partibus mundi congregabant. Si pro omnibus veri nominis catholicis Conventuum Velehradensium finis magni momenti erat, pro nobis Polonis degentibus sub imperio Russiae, cuius gubernium actionem unionisticam etiam crudeliter persequabatur, hi Conventus maximi momenti et adiutorii erant.

Sicut fere ante quinque lustra pleno corde Conventum Velehradensem salutavi, ita nunc pleno corde hos iam celebratos conventus saluto eorumque beneficiorum memor sum et semper ero.

In praesentiarum in orbe terrarum status rerum omnino mutatus est. Infelix Russia sub imperio bolschevismi manet. Fratres nostri russi dissidentes per fere totum mundum dispersi sunt ac proinde relationes eorum cum catholicis faciliores redduntur. Actio unionistica libertate gaudet, excepta Russia, in qua et crudelissimo modo credentes in Deum persequuntur et scholae, libri, folia publica atheismum propaganda constituuntur et eduntur. De die in diem crescit numerus eorum, qui actionem unionisticam prosequuntur eique adlaborare student. Fratres nostri in Russia adiutorium nostrum expostulant. Non solum in rebus theologicis versatissimi, sed permulti cognoscere cupiunt causas, ratione quarum dissidentes extra unionem nobiscum sint? Con-

tinuo augetur numerus librorum et foliorum publicorum pro et contra actionem unionisticam. Saepe saepius cum propagatione doctrinae Christi res politica coniungitur.

His omnibus consideratis, in quantum possum, quaestionibus ab Excellentissima Dominatione Vestra respondere studeo.

1-o Conventus Velehradenses maneant, ut sunt, sed saepe saepius statutis temporibus convocentur. In conventibus viri docti dissertationes suas de doctrina catholica, de iis, quae obiciuntur Ecclesiae Catholicae a fratribus dissidentibus, de modo propagandae actionis unionisticae, de fructibus huius actionis et impedimentis promulgent. Academia Velehradensis libella commemorativa conventuum edat, pro studentibus facultatum theologicarum seminariorumque libros theologiam orientalem tractantes curet. Folia publica periodica finem Conventuum Velehradensium prosequuntur edat lingua latina, ut ex eis quaevis natio pro foliis suis argumenta sumere possit.

2-o Conventus Velehradenses curent ut ab actione unionistica omnia elementa politica, speciali modo characteris extremi nationalismi, longissime removeantur. Ac proinde non sunt admittendae discussiones characteris politici, accusationes unius nationis contra aliam. Continuo prae oculis ponendum est principium: ritus omnes sive occidentales, sive orientales aequo jure sancti et venerandi sunt. Mutua concordia inter nationes modo positivo prosequatur, nempe frequentibus colloquiis inter variarum nationum filios filiasque, qui et quae opus est, ut prae oculis continuo habeant eundem finem nempe actionem unionisticam, cuius radix amor non vero odium est. Conventus Velehradenses assidue laborent, ut discordiae huius generis, si erunt, quod Deus avertat, statim pereant et, si hoc fieri non poterit, ut dissolvantur directe a Sede Apostolica vel auxilio Congregationis pacis, si haec erigetur a Sede Apostolica.

3-o Necessarii sunt congressus finem Conventuum Velehradensium prosequentes in quavis regione, ubi sunt fratres dissidentes. Congressus hi celebrandi sunt etiam, si fieri potest, quovis anno, sicut hoc iam factum est in Republica Poloniae in Pińsk, auctore Excell. D. Sigismundo Łoziński, Episcopo Pinskensi. In quibus congressibus partes sumant non solum viri eiusdem nationis sed etiam et aliarum, ut hoc modo actio unionistica continuo characterem universalis Ecclesiae habeat non vero solum unius nationis, in ultimo enim casu semper

viget periculum extremi nationalismi. Congressus hi duas in partes dividantur: una pro doctis cum discussione, altera pro omnibus cum praelectionibus, ut hoc modo quam maximus numerus hominum hac re occupetur et finem unionisticum prosequatur.

4-o Pro quavis natione edenda sunt folia publica, de quibus p. 1-o sermo est.

5-o Praeter conventus et congressus, de quibus supra, desiderantur discussiones characteris privati etiam in quavis natione inter catholicos et fratres dissidentes. Mutua haec colloquia, spiritu veri amoris animata, Deo adiuvante, multos fructus pro actione unionistica afferre possunt.

6-o Conventus Velehradensis pro omnibus, qui in Russia ratione fidei in Deum oppressi sunt, debet operam dare colligendis ubique oblationibus, ut fratribus nostris praestare possimus auxilium his in rebus, quae ipsis ad fidem conservandam et propagandam necessaria sunt.

Amor. – Scientia. – Patientia. – Perseverantia.

Excellentissime Domine, parce insufficienti labori addictissimi servi in Christo Domino

Siedlce, d. 30. XI. 1931.

✠ HENRICUS PRZEŹDZIECKI

episcopus Siedlcensis seu Podlachiensis

EXCELLENTISSIME DOMINE

Accepi litteras aestimatissimas Excellentiae Tuae de die 7. Novembris an. cur. ad quas, ea quae sequuntur refero:

Datum mihi erat inde a primo conventu Velehradensi fere in omnibus his congressibus partem habere. Dulcem memoriam laboris in iisdem exantlati foveo, siquidem continuum in re unionistica progressum cerno. Bene memoria teneo in conventibus Velehradensibus fuisse agitatam ideam de necessitate Instituti studiorum orientalium, quod tam splendide peractum est in fundatione celeberrimi Instituti huiusmodi Romani. Conventus Velehradenses coadunabant non modo Slavorum theologos, verum etiam ex omni natione viros rerum orientalium theologiarum peritissimos atque ex mutua conversatione expertus sum non modo multa, quae me juvabant in tradenda theologia dogmatica alumnis seminariorum Varsaviensis et Podlachiensis ac Facultatum Theologiarum Universitatis tum Varsaviensis tum Lublinensis, sed etiam ad studia e re peragenda et incitamentum et juvamen erant.

Ultimis in conventibus maximi faciebam nostra consilia peritorum atque horum consiliorum actionem iterum iterumque promovendam necessarium duco.

Quae autem personas optime meritas de conventibus Velehradensibus spectat, perennis sane memoria erit viri praeclarissimi Antonii Stojan, quem personaliter in primo conventu cognovi atque eius suavissimae affabilitatis ex magno utique corde premanatis sensa mihi carissima sunt et erunt.

Sinat me Excellentia Tua ut data hac occasione scribendi et Tuae Amplissimae Personae exhibeam et meam maximam gratitudinem pro iis omnibus, quae affabilitatis, hospitalitatis ac humanissimae conversationis percepi.

Quae quidem exponens, sensa animi in Christi addictissimi pando ac precibus sanctis me commendans, sum et permaneo

Excellentiae Tuae cum pietate fraterna humilis servus

✠ CESLAUS SOKOŁOWSKI, m. p.
Episcopus Pentacorniensis Aux. Podl.

EXCELLENCE!

Je voudrais disposer de plus de loisir pour répondre à l'aimable invitation que m'adressait Votre lettre du 7. XI. 1931 d'exprimer ma pensée sur les Congrès unionistes de Velehrad. Votre Excellence voudra bien excuser et le retard de ma réponse, et sa brièveté, et ma détermination à vous la formuler en français.

Je suis persuadé que les Congrès de Velehrad ont fait beaucoup pour la cause sacrée du retour de l'Orient, surtout de l'Orient gréco-slave à l'unité catholique, en favorisant un intense mouvement d'études pour la théologie, la liturgie, la discipline, l'histoire des Églises orientales; plus encore peut-être, en favorisant un puissant mouvement des sympathies et des prières à cette grande intention, spécialement autour du centre admirable qu'est l'Apostolat des saints Cyrille et Méthode.

Les Congrès de Velehrad ont même eu une notable répercussion sur les milieux orthodoxes, et je me rapelle avec émotion la participation, si cordiale et si significative, du Dr. *Maltzev* aux Congrès de 1909 et de 1911.

Aujourd'hui, que ce mouvement d'études, de sympathies et de prières, a pris désormais, avec les augustes encouragements du Saint-Père, une extension de plus en plus universelle les Congrès de Velehrad se doivent, me semble-t-il, de prendre eux-mêmes un caractère plus universel. Sans doute, ils garderont toujours leurs imposantes manifestations populaires autour du sanctuaire des glorieux apôtres slaves. Mais, à mon humble avis, les *séances d'études* gagneraient à être organisés avec plus de précision techniques, si j'ose dire, en accentuant encore l'effort accompli en ce sens par le Congrès de Ljubljana en 1925.

Ce que l'on a tenté de réaliser, à plusieurs reprises, en une réunion finale par trop improvisée sous le nom de „Consultationes eruditorum et professorum“, laquelle, justement parce que trop improvisée, ne pouvait guère aboutir à des résultats efficaces, devrait devenir une des principales préoccupations des préparateurs du Congrès.

Prévoir le programme de ces *Consultationes* aussi exactement que possible, répartir assez longtemps à l'avance les sujets entre les hommes les plus compétents pour les traiter et les discuter: telle devrait être la tâche d'un Comité bien choisi, qui au besoin provoquerait les conseils de personnages autorisés concernant l'élaboration même du programme.

C'est dans le sens de ces améliorations que les prochains Congrès me paraissent avoir à marcher. Et peut être le *desideratum* le plus sérieux à formuler consiste-t-il précisément dans une préparation plus nette et plus efficace de ces „Consultationes peritorum“ dont on reconnaît unanimement l'importance pratique.

N'ayant pas reçu le programme du Congrès de 1932, je prie très respectueusement qu'on veuille bien excuser la liberté que j'ai prise d'énoncer un avis qui n'a qu'une valeur purement personnelle.

Daignez agréer, Excellence, avec mes meilleurs vœux pour le succès du Congrès de 1932, l'assurance des sentiments de religieux dévouement avec lesquels j'ai l'honneur d'être

de Votre Excellence le très humble et très obeissant serviteur

Roma, 14. XII. 1931.

P. SÉVÉRIEN SALLAVILLE.

Felicissimam sane conceperunt ideam „Actorum Academiae Velehradensis“ electi moderatores, cum fasciculo huic inserere memorabilia quaedam unionisticorum conventuum Velehradensium decreverunt.

Ideam, inquam, felicissimam, recordatio enim practica praeteritorum pignus esse solet ac fundamentum faustorum eventuum futurorum.

Recordari ergo mihi quoque iucundum est praedecessorum inprimis meorum, quibus *omnibus*, temporis tam remotissimi quam novissimi, cathedram S. Methodii possidere et magno erat honori et gaudio! Juvat revocare in memoriam saltem nomina praedecessorum mihi personaliter notorum: Cardinalis de Fürstenberg, Cardinalis Bauer, Archiepiscopi Stojan, qui pristinam Velehradii gloriam resuscitare, sanctorum Apostolorum nostrorum Cyrilli et Methodii cultum adaugere desideratamque dissidentium tunc potissimum Orientalium reconciliationem pro suo quisque modulo promovere conabantur; dissidentium dixi Orientis: Orienti scilicet, sanctorum Apostolorum nostrorum patriae, grati quasi animi mutuique amoris debitum soluturi. Quis est qui non recordetur e. gr. festorum saecularium ss. Cyrilli et Methodii annis 1863, 1869, 1885 tempore Cardinalis Friderici de Fürstenberg Velehradii celebratorum, conventuumque unionisticorum temporis Cardinalis Bauer et Archiepiscopi Stojan, Apostolatus nostri pii fundatoris, qui in fovendo opere sacrae unionis nullis parcens laboribus nullisve sacrificiis sacrae unionis apostoli nomen sibi promeruit? Haec tamen periodus fuit maxime dispositionis, nutritionis ac propagationis ideae – unice fere inter Slavos – periodus in qua, potissimum ope manifestationum, acies ordinabantur, ad gravia negotia futura animadvertebantur, finisque propositi operis adumbrabatur.

Nequaquam talem prae se fert notam periodus, in qua nunc vivimus. Mutata rerum mundanarum conditione mutata est etiam methodus nostri laboris. Coepit enim iam stadium concreti ac profundi laboris, mediorum adplicationis, specialisationis. Cuius concreti ac profundi laboris instantem necessitatem Sanctissimus Dominus noster Pius Papa XI. Ipse nobis indicavit, cum de activitate unitati inservienti in Encyclicis Litteris „Rerum Orientalium“ sua desideria ac vota manifestans studium rerum orientalium omnibus, ad quos pertinet, imposuit.

Itaque nos omnes, quorum sacrae unionis opus est cordi, desiderare oportet, ut in mox celebrando sexto Conventu Velehradensi *omnes* conveniant, praesertim ex nationibus Slavicis, *qui scientias Orientem spectantes colunt*, ut mense Iulio Velehradii in mutuo commercio experientiarum, acquisitionum quaestiones practicas in programme statutas disceptent, rectas methodos studii laborisque scientifici indicantes.

Quae in sede Apostolatus SS. Cyrilli et Methodii centrali, archidioecesi scilicet Olomucensi, ad studia rerum orientalium excolenda sive per ipsum Apostolatum, sive per Apostolatum Unitatis, sive per Facultatem theologicam Olomucensem e. s. p. ultimis annis suscepta sunt, silentio magis forsitan decet praeterire. Unicum saltem commemorare juvat. Opus sacrae unionis ad mentem Summi Pontificis promoturi proposuerunt sibi „Academiae Velehradensis“ moderatores associare ad communem ac bene ordinatum laborem omnia ecclesiastica instituta Slavica (theol. facultates, seminaria, instituta scientifica, etiam ordinum seu religiosarum congregationum). Propositum revera laudandum, quod si ad effectum deduceretur, in utilitatem sine dubio cederet Ecclesiae in pugna contra pacis ac unitatis aggressores. In communi omnium labore recte disposito ac bene ordinato nonne quaerendus est vigor optimusque fructus? Mox jam transmittentur invitationes ad sextum Conventum Velehradensem. Invitabuntur etiam praedicta instituta ecclesiastica. Utinam delegatos suos Velehradum mittant, utinam ad practicum Academiae Velehradensis propositum animo prompto ac corde toto accedant!

In sexto Conventu Velehradensi proposuimus argumentum tractandum: *Fidem*, scil. indissolubile mystici J. Christi corporis vinculum, Attamen non tantum fides, sed potius fidei obiectum – ipse Deus – ab omnibus modo quo vehementior cogitari nequit impugnatur, e medio ac corde fidelium tollitur. Fratres nostri dissidentes quam maxime oppressi in eodem periculo nobiscum existunt, iidem hostes contra eos et nos exurgunt. Utinam omnes, qui christiano gloriantur nomine, commune periculum conjugat! Utinam in doloribus et diversi modi humiliationibus succrescant nobis vires unitatis mentis et cordis, vires, quas Veritas ipsa ante suam passionem efflagitabat a Patre, orando: „Ut omnem unum sint!“ (Io. 17, 11.)

Itaque exoptatam et tantopere desideratam unitatem eorum, quos Pater dedit Filio, prae oculis habentes ad sextum Conventum Velehradensem iam nunc festinemus, eum in finem Velehradii, vinculo caritatis coniuncti, communiter oraturi ac laboraturi!

Olomucii 11. III. 1932.

✱ DR. LEOPOLDUS PREČAN,
*aep̃pus Olomucensis, metropolita Moraviae,
Apostolatus SS. Cyrilli et Methodii praeses.*

LITTERAE RMI
P. MARTINI STANISLAI GILLET

Magistri Generalis Ordinis Fratrum Praedicatorum

DE APOSTOLATU UNIONISTICO

*missae ad R. P. Venceslaum Bubeník Priorem Provincialem
Provinciae Bohemiae et omnes Patres et Fratres eiusdem
Provinciae occasione Conventus Unionistici VI.
anno 1932 ex die 29. Aprilis 1932.*

In Dei Filio Nobis dilectis A. R. P. Fr. Venceslao Bubeník Priori Provinciali Provinciae Nostrae Bohemiae ceterisque Patribus et Fratribus eiusdem Provinciae Nos F. Martinus Stanislaus Gillet Sacrae Theologiae Professor ac totius Ordinis FF. Praedicatorum Humilis Magister Generalis et Servus.

SALUTEM UNIONIS ECCLESIAE ZELUM

„Unum corpus et unus spiritus“ (Eph. 4, 4) in vinculo pacis et unius fidei in Christo ut omnes fideles sint, totius Ecclesiae desiderium est; viam autem parare ut Sancta Ecclesia sui voti compos fiat, scopus est Congressus sic dicti Unionistici, qui iam sextus intra vestrae Provinciae fines hoc anno, diebus 13.—17. Julii, in Velehrad celebrabitur. Nos ad illum comiter invitati fuimus attamen, eo tempore, visitatione canonica impediti, eidem personaliter interesse non valebimus, sed tantum per Delegatum, quem iam instituere decrevimus.

Hac igitur occasione utimur, ut Summi Pontificis exemplum cum gaudio sequentes, Vobis Nostram voluntatem et mentem quoad apostolatam, quem unionisticum vocant, peramanter manifestemus.

Unionismus, prout scitis, nihil aliud intendit quam omnes christianos Orientales separatos, sub uno visibili mystici corporis Christi Capite, Catholicae Ecclesiae aggregare, atque in caritate et fide quam intime unire. Talis quippe est voluntas Salvatoris nostri, qui nunquam desinit orare: „ut omnes unum sint, sicut tu, Pater, in me et ego in te, ut et ipsi unum sint“ (Jo. 17, 21). Quaerere enim ovem inobedientem, quae ex ovili propria voluntate fugerat, maximi amoris est, sicut ipse divinus ac Bonus Pastor ostendit. Cum autem magna dissidentium

christianorum pars inter gentes slavicas habeatur, Čechoslovenium vestrum centrum laboris unionistici devenit, ex suapte natura et propter suas quoque antiquissimas traditiones, quas a SS. Cyrillo et Methodio, spiritualibus Patribus, recepit. Traditiones hae, sua quidem veritate ac soliditate, permultas inutiles — ne nocivas dicamus — theorias et speculationes de unione Orientis et Occidentis evertunt, et haec est ratio cur Slavi dissidentes laborem vestrum maximo amore et studio complectentur. SS. Cyrillus et Methodius omnium Slavorum spirituales Patres sunt, et quia ipsi fidelissime S. Sedi Apostolicae addicti erant, viam omnibus, qui filii eorum vocari volunt, ad unitatem ostendunt.

Separatione Orientis christiani ab Ecclesia Catholica a mille iam annis perdurante, multae dissensiones, immo etiam inimicitiae, inter catholicos et orthodoxos ortae sunt, quapropter missiones apud christianos dissidentes difficillimae sunt, plus etiam quam apud paganorum gentes, et praeparatio ad apostolatam unionisticum multa sacrificia exigit. Hodie certum et notum est quod in labore pro unione Orientis separati ad Ecclesiam Catholicam recuperanda — post fervidissimam orationem — assiduum rerum orientalium studium necessarium est, quod sane ad causas magnae scissionis ecclesiasticae enucleandas, ad singularum ecclesiarum orientalium dilucidandam historiam, ad scrutandam evolutionem theologiae orthodoxae, liturgiae orientalis, vitae spiritualis et intellectualis, disciplinae ecclesiasticae et monasticae, ad ethnologiam cognoscendam, etc. praecipue dirigi debet.

Ordo noster iam ob initio apud christianos separatos, in territoriis Russiae, Poloniae, Jugoslaviae, Graeciae, Asiae Minoris, uberi cum fructu laboravit. Multi Fratres fidelitatem in Sanctam Ecclesiam Catholicam et amorem erga oves separatas sanguine suo testati sunt. Alii scientifice — ut solum S. Thomae et S. Alberti Magni exemplum afferamus — pro unione laboraverunt, et eorum doctrina de fide, de mystico Christi corpore, de Romani Episcopi Primatu etc., arma fortissima ad apostolatam unionisticum exercendum praebet.

Haec igitur inter Nos cogitantes atque encyclicas Summorum Pontificum litteras sequentes, praecipue illas quae incipiunt „Grande munus“ Leonis Papae XIII. et „Rerum Orientalium“ Pii Papae XI., et prae oculis habentes nobilissimam Vestram Provinciam, quae tam magna pro vita spirituali et intellectuali in Čechoslovenio facit, ma-

turam pro missionibus iam esse, Vobis applicamus et specialiter commendamus quae in Nostris encyclicis Litteris diei 17. Februarii 1930 de Missionibus ediximus, Vobisque et Provinciae Vestrae apostolatum unionisticum et praeparationem ad missiones apud dissidentes strictissime committimus. Aliae Provinciae missiones transmarinas habent; Provincia autem Vestra a Domino videtur destinata ut periculosissimum mare dissensionum, invidiae, inimicitiarum, errorum, qui Slavos orthodoxos a salutari Catholicae Ecclesiae portu separant, transfretare conetur. Laudamus Vos, quod bonum fecistis initium, libelli editione de nostro Ordine in lingua russica et ad Romam mittendo unum Provinciae Vestrae filium, qui studia orientalia perficiat; sed haec adhuc non sufficiunt.

Forsitan Nobis penuriam Patrum et hodiernas difficultates oeconomicas obiicietis, quae bene nota sunt Nobis, nec tamen a proposito Nostro desistere faciunt; historia enim et propria experientia Nos edocent quod dona ex necessariis ad vitam Deo oblata maiorem benedictionem et fructum afferunt. Ne timeatis ergo iuvenibus in Vestra florenti Schola Apostolica de futuris missionibus loqui; Novitiis et Fratribus Studentibus missiones, tanquam incitamentum ad maiorem fervorem in vita spirituali et in studiis, proponere; eos in studio rerum orientalium adiuvere; de necessariis libris eis providere, atque semper plures pro superioribus studiis orientalibus ad Urbem mittere. Sic etiam, dum spiritui Ordinis apostolico satisfacietis, exemplo vestro iuvenum corda inflamabitis, qui, desiderio apostolatus incensi, Ordinem ingredientur, unde penuriae personarum prospicietis; de quo Vos, divina confisos Providentia, persuasos esse oportet. Neque Russiam inaccessibilem esse obiciatis; potens est enim Deus omnia mutare, et interea parati expectare debetis. Sed etiam, antequam Russia a peste bolsevistica liberabitur, labor sat magnus et urgens in aliis fraternis regionibus, in Rumenia, Ucraina, et in vestra Russia Subcarpatica, Vobis manet. Neque ab maximis pro missionibus praeparandis expensis abhoreatis! Magna sacrificia etiam in hoc genere Provincia Vestra Deo offerre debebit. Sed scimus, si Vos sufficientes non eritis, piissimos Vestrae Reipublicae christifideles Vos adiuturos fore, et tunc orare poteritis: „Munera haec pro Unione populi christiani tibi, Domine, oblata sanctifica; per quae unitatis et pacis in Ecclesia tua nobis dona concedas. Per Dominum nostrum Jesum Christum“ (Secreta Missae pro Unione Ecclesiae).

Haec sunt, Patres Fratresque carissimi, quae Vobis de missionibus Provinciae Vestrae communicare debebamus et optabamus.

Nunc autem, dum finem his litteris imponimus, mente longinquas et latissimas regiones Slavicas perlustramus, ubi Filii Nostri Provinciae Bohemiae insudabunt et heroice decertabunt, inter plurimas sollicitudines, pericula et sacrificia, ad regnum Christi dilatandum, et iam nunc eis, ob Dei gloriam, animarum bonum et Ordinis ac Provinciae honorem, quem promovebunt, quamplurimas gratias agimus, benedictionem Dei et S. P. Dominici super eos invocantes.

Faxit Deus, per intercessionem beatissimi Patriarchae, S. Hyacinthi et SS. Cyrilli et Methodii, sensus Nostros atque Ordinationes benedicere, Vosque Patres Fratresque dilectissimi, sponte Nobiscum collaborantes, illas re efficiendas ne cunctemini.

Nos Sociosque Nostros in orationibus vestris commendatos habete, Nostramque paternam Benedictionem, omnes et singuli, accipite.

Datum Romae, ex Collegio Nostro Internationali Angelico, die 29 Aprilis, Sancto Petro Veronensi Martyri Ordinis nostri sacra, anno Domini 1932.

FR. MARTINUS STANISLAUS GILLET, m. p.,
Magister Generalis
Ordinis FF. Praedicatorum.

Loc. ✱ sig.

FR. L. DE FAULCONNIER O. P. m. p.
a Secretis.

MEMORABILIA EX HISTORIA CONVENTUUM VELEHRADENSIIUM

Dr. Franciscus Grivec

ANTE I. CONVENTUM VELEHRADENSEM

Saeculo elapso A. M. *Slomšek*, episcopus Lavantinus (Maribor in Jugoslavia) Confraternitate ss. Cyrilli et Methodii, anno 1851 instituta, a Sede Apostolica approbata a. 1852, populum et sacerdotes Slovenos preces pro reconciliatione christianorum orientalium cum ecclesia catholica fundendas invitabat. Quae confraternitas opera et studiis episcopi *Slomšek* inter Slovenos, Slovacos, Bohemos (praesertim in

Moravia), imo in nonnullis dioecesis germanicis diffundebatur. Celebrationes anni millesimi ab adventu ss. Cyrilli et Methodii in Moraviam (1863) et ab obitu s. Methodii (1885) atque sollemnis confirmatio cultus ss. Cyrilli et Methodii a papa Leone XIII., litteris encyclicis „Grande munus“ a. 1880 editis, studia intentionesque huius confraternitatis magnopere augebant. Hisce permoti sacerdotes Moravi memoratam confraternitatem, post obitum episcopi Slomšek († 1862) directione vivida orbatam, sub titulo Apostolatus ss. Cyrilli et Methodii Velehradii in Moravia instauraverunt.

Ast dolendum est, studia theologica Slavorum catholicorum quaestiones theologicas et historicas, Slavos, ss. Cyrillum et Methodium atque Orientem slavicum spectantes, plus iusto neglexisse. Inde evenit, ut intentiones Confraternitatis et Apostolatus ss. Cyrilli et Methodii, solido fundamento scientiae theologicae destitutae, persaepe ideis nebulosis nationalismi ac phantasticis constructionibus theologis obnubilarentur. In variis peregrinationibus conventibusque slavici Velehradii celebratis saepe de idea Cyrillo-Methodiana disserebatur; qua idea communiter fere desideria liturgiae slavicae restituendae exprimebantur.

Studiis slavici scientificis a doctis luminibus Miklošić, Jagić aliisque iam ad fastigium evectis, studiis orientalibus theologis (Bessarione, „Echos d'Orient“; Gagarin, Martinov, Marković, Nilles e. a.) et byzantinis (Byzantinische Zeitschrift, Vizantijskij Vremeni) iam incipientibus, demum inter theologos slavicos excitati sunt conatus studiorum theologiae orientalis alendorum.

Studiis theologis ordinariis iam in seminario dioecetano Ljubljanae absolutis, annis 1902–1905 Oeniponte (Innsbruck) studiis theologis vacabam ad lauream theologiae obtinendam, vivo adhuc P. Nicolao Nilles S. J., rerum orientalium peritissimo. Eodem tempore ibidem plures sacerdotes slavici studiis vacabant theologis, praepriis Rutheni P. Marcus Haluščynskyj O. S. Basilii, Josephus Bocian, Demetrius Jaremko e. a. Inter clericos (scholasticos) S. J. praesertim A. Špaldák studiis orientalibus vacabat. Sua quasi sponte societatem amicalem inivimus, studiis theologiae orientalis alendis. Multos libros et commentarios invenimus in bibliotheca commentarii „Zeitschrift für katholische Theologie“, alios in Russia emebamus mediante Tuzov, bibliopola Petropolitano.

Aestate a. 1903 prima vice aderam Velehradii conventui iuvenum theologiae studiosorum, iuventutis academicae ac sacerdotum. Inter theologiae tirones bohemos tunc eminebant Jašek, Jemelka, Zamykal e. a. Multa audivi de idea Cyrillo-Methodiana, communiter fere idem significante ac liturgia slavica.

Disputationibus de idea Cyrillo-Methodiana permotus, exeunte eodem anno in „Museo“, folio slavico theologiae studiosorum — ad hodiernam usque diem Brunae (Brno) apparente — brevem dissertationem de idea Cyrillo-Methodiana lingua slovenica (Ideja ciril-metodijska) vulgavi addita versione bohémica a *Francisco Jemelka* adornata.¹ In hac dissertatione e vita et operibus ss. Cyrilli et Methodii explicabam, liturgiam slavicam esse formam externam altioribus intentionibus ss. fratrum subordinatam, ut nempe Slavos ecclesiae catholicae humanitatisque christianae organice quasi insererent unitatemque catholicam promoverent. Ductrice idea Cyrillo-Methodiana, Slavi catholici in organismo ecclesiae catholicae hoc munere hacque missione fungantur, ut ad instar pontis inter Orientem et Occidentem reconciliationem christianorum orientalium cum ecclesia catholica promoveant. Quaestio unitatis christianae a Slavis catholicis magna ex parte dependet. SLAVI CATHOLICI IGITUR SOCIETATEM INEANT AD STUDIA THEOLOGICA INTER IPSOS SLAVOS CATHOLICOS PROVEHENDA, RATIONE HABITA ORIENTIS CHRISTIANI. Ita prae-lucente idea Cyrillo-Methodiana Slavi catholici arctius inter se et cum Occidente catholico atque organice tamquam viva membra cum ecclesia catholica coniungentur.

Anno sequente (1904) ad conventum theologorum et iuventutis academicae dr. *J. Tumpach* et dr. *A. Podlaha* venerunt, canonici Pragenses, duces scientiae theologiae bohémicae. Dr. *Podlaha* praelectionem habuit de organisatione litterarum theologiarum slavicarum ratione habita Orientis christiani, prae-lucente idea Cyrillo-Methodiana. Anno 1905 iam in lucem prodiit organum huius organisationis theologiae: *Slavorum litterae theologiae* ut supplementum commentarii bohémici theologici scientifici, „Časopis katolického duchovenstva“ ac simul ut folium separatum. Multi commentarium nostrum approbabant. In Russia amicum et socium habuimus celeberrimum *Nicolaum N. Glubokovskij*, professorem Academiae ecclesiasticae Petropolitanae et directorem en-

¹ Museum 1903, pg. 2—14.

cyclopaediae theologiae „Pravoslavnaja bogoslovskaja enciklopedija“ (N. N. Glubokovskij hodie est professor facultatis theologiae Sophiae in Bulgaria). Libenter nobis editiones proprias mittebat atque alios scriptores russicos invitabat, ut nobis publicationes russicas mitterent; commentarium nostrum amicissime in foliis russicis commendabat. In litterarum commercio cum Russis lingua russica nos iuvabat Sergius Grum Grgimaylo, Russus catholicus, studiis theologicis vacans Oeniponte annis 1904-1908.

CONVENTUS VELEHRADENSES I. – III. ANNIS 1906 – 1911

Numero theologorum slavico et aliorum, novo motui theologico adhaerentium, post duos annos inopinate aucto, anno 1907 iam primus conventus internationalis horum theologorum Velehradii celebrari potuit. Paelectiones et deliberationes scientificas in primo et secundo conventu prudentissime dirigebat Excellentissimus *Andreas Šeptickij*, metropolita leopolitanus, vere columna primi et secundi conventus. Ordinem et apparatus externum dirigebat msgr. dr. *A. Stojan*. In primo conventu iam magnam partem habuit dr. *Leonidas Fedorov*, iuvenis theologus catholicus russicus, tunc tempore studiis theologicis Romae vacans; in conventu et in relationibus de conventu nomine tecto dr. Leonini abscondebatur. Eo cooperante iam in primo conventu statutum et executum est, ut omnia nonnisi linguis latina vel russica agerentur. Conventu primo fauste absoluto, Leonidas Fedorov brevem conspectum de conventu lingua russica exaravit cumque theologis et commentariis theologicis russicis transmisit. Praeterea *P. Aurelius Palmieri* frequentes habuit relationes cum doctis theologis russicis.

Secundus conventus a. 1909, iam antequam convenerat, magnam in variis Europae partibus attentionem excitavit. In Russia professor N. Glubokovskij ideae conventus favebat. Alii vero agitationem contra ideam Velehradensem Cyrillo-Methodianam atque contra conventum movebant; praeprimis *S. Trockij* in folio *Strannik*¹ vehementer aggressus est actionem catholicam Cyrillo-Methodianam tamquam organum periculosae politicae austriacae ac catholicae. Ex alia parte austriaca „Politische Korrespondenz“ ineunte mense iulio 1909 relationem (epistolam) e Russia (Petropoli) publicavit, quae actionem Cyrillo-Metho-

¹ „Katoličestvo i slavjanstvo“ (*Strannik* 1909, april pg 496-520)

dianam Velehradensem ut actionem panslavisticam, a Russia adiutam, depingit. Hanc relationem multae ephemerides germanicae et austriacae repeterunt (Berliner Tagblatt, Frankfurter Zeitung, Neue Freie Presse e. a.).

Mirum non est, in Austria illis temporibus suspensiones contra conventus Velehradenses motas esse. Ast actio Cyrillo-Methodiana optimum habebat advocatum, msgr. dr. *Stojan*, qui tamquam deputatus in comitiis austriacis, animi ingenuitate ac benignitate celeberrimus, omnes machinationes ac suspensiones feliciter superabat. Ipso iuvante conventus II. Velehradensis omni expectatione splendidius absolutus est.

In II. conventu Velehradensi iam omnes fere variarum nationum theologi, rerum orientalium periti, congregati vel saltem repraesentati sunt; conventus non tantum slavicus sed vere internationalis erat. Singularem splendorem addidit praesentia duorum Russorum orthodoxorum, celeberrimi protoierei *A. Malcev* eiusque socii *B. Goeken*.

Praesentiam *A. Malcev* multi timebant. Ast ipsius humanitas ac simplex sinceritas omnes anxietates dissipavit. In omnibus disputationibus ac colloquiis privatis et publicis tam simplicem mentem sincerumque desiderium unitatis christianae manifestabat, ut omnium admirationem moveret. Privatim ac publice ecclesiam catholicam vere sanctam esse ipsamque mirandos sanctos etiam post schisma et post protestantismum protulisse agnoscebat. Mihi ante ecclesiam Velehradensem deambulanti magna cum admiratione narravit, quae de s. Clemente Hofbauer legisset. Praesertim miratus est eius heroicam humilitatem et patientiam, cum cuidam diviti, qui s. Clementi eleemosynam pro orphanis colligenti in faciem sputavit, placide respondisset: „Hoc pro me, quid vero pro orphanis.“ Malcev animo commoto illa verba lingua russica repetebat: „Eto dlja menja, a čto dlja bėdnych!“ — Protoiereus Malcev admirabili fiducia cum metropolita Šeptickij conversatus est animumque tam amicum erga ecclesiam catholicam tum verbis cum gestis manifestabat, ut post conventum a Russis in ephemeridibus publice vituperaretur. In defensione suae „orthodoxiae“ contra aggressores russicos amicam erga catholicam ecclesiam mentem non sustentavit, sed quaedam ecclesiae catholicae minus faventia vulgavit.

Velehradio ad stationem viae ferreae Uh. Hradiště rediens Malcev casu socium habuit dr. *Joannem Krek*, ducem actionis catholicae et politicae Slovenorum. Colloquio cum Malcev commotus, dr. Krek ex hoc

tempore ardenti animo ideam Cyrillo-Methodianam atque Apostolatū ss. Cyrilli et Methodii inter Slovenos promovebat.

Inter theologos rerum orientalium peritos iam in II. conventu eminebant P. P. Severinus *Salaville* et Martinus *Jugie*, qui ex hoc tempore usque ad hodiernam diem in conventibus et conatibus huius generis magnam partem habebant. Singularem attentionem iam in II. conventu commovit P. *Michael d'Herbigny*, qui in peregrinatione sua orientali habitu sacerdotis saecularis conventui aderat.

Post II. conventum B. Goeken, socius Malcevi, parochus ecclesiae russicae Berolini, in ephemeride catholica berolinensi i „Germania“, die 22. augusti 1909, memoriae dignum amicum articulum „Die Möglichkeit einer Wiedervereinigung der orientalischen und okzidentalen Kirche“ vulgavit. Alii quoque theologi orientales quaedam memoriae digna de hoc conventu scripserunt.¹

Conventu II. Velehradensi iam summum fastigium attigimus; ulterius progredi illis temporibus non potuimus. Deerant vires, deerant conditiones. Conventus III. Velehradensis a. 1911 multo inferior fuit conventu secundo. Post bellum demum a. 1924 conventus IV., a. 1927 conventus V Velehradensis celebrari ac progressus haberi potuit.

FRUCTUS CONVENTUUM VELEHRADENSIIUM

Velehradium, parvus Moraviae pagus, quinque iam lustris tot viros clarissimos variarum nationum ex omnibus terrae partibus attrahit congregatque. Hoc factum historicum vere singulare unde explicemus? Velehradium circumfusum est illustri memoria ss. Cyrilli et Methodii, „quos Orientis filios — ut ingeniose Pius XI. dicit² — patria Byzantinos, gente Graecos, missione Romanos, apostolatus fructibus Slavos appellare licet — (quique) omnia omnibus facti sunt, ut catholicae ecclesiae unitati omnes lucrarentur“

Quinque lustra historiae luculenter manifestant, conventus Velehradenses ac motum theologicum, illos excitantem et concomitantem prae-lucentibus ss. Cyrillo et Methodio („idea Cyrillo-Methodiana“), non esse vana commenta hominum ineptorum. Quae supra de vero sensu ideae Cyrillo-Methodianae dixi, factis sat approbata sunt.

1 Quaedam collegi in „Voditelj“ (Maribor) 1910, pg. 75 – 79.

2 Litterae Apostolicae „Quod s. Cyrillum Thesalonicensem“ 13. febr. 1927.

Tot labores conatusque, tanto idealismo perseverantiaque suscepti ac exantlati, fructus haud spernendos protulerunt scientiae theologiae, unitati christianae atque ecclesiae catholicae, quod ipsae litterae apostolicae Pii XI. conventibus Velehradensibus (archiepiscopo Olomucensi dr. Leopoldo Prečan) annis 1924, 1927 et 1931 directae generatim approbant. P. J. Urban a. 1928 de litteris encyclicis „Rerum orientalium“ disserens dixit: „Litterae encyclicae (Rerum orientalium) toto suo argumento suprema sanctione conatus conventuum Velehradensium confirmant atque suprema apostolica auctoritate illa commendant, quae in illis conventibus privatim contendebantur.“¹ — Imo ipsa institutione Congregationis pro ecclesia orientali atque Pontificii Instituti pro studiis orientalibus (a. 1917), porro litteris encyclicis „Ecclesiam dei“ (1923) aliisque enuntiationibus et factis Benedicti XV et Pii XI. non pauca executi et comprobata sunt, quae aliqua saltem ex parte in Conventibus Velehradensibus parabantur et studebantur.

Superest, ut nos quoque omnia tentemus perficiamusque, quae necessaria sunt, ut opus conventuum Velehradensium exequamur excolamusque.

Inter Slavos catholicos intensius alantur studia theologica orientalia, praeprimis in republica Čechoslovaca, non solum in facultatibus theologicis Olomucensi et Pragensi, sed etiam in seminariis dioecesanis bohemicis et slovacis. Saepius habeantur cursus speciales orientales pro theologiae studiosis et pro iuventute academica.² Velehradium ideale fundamento reali theologiae čechoslovacae sustineri debet; experientia teste, Academia Velehradensis (a. 1909 iam instituta) praeprimis a theologis čechoslovacis sustentari augerique debet.

Idea Velehradensis quinque iam lustris opus mirandum confecit. Theologi, academici fidelesque catholici slavici, praeprimis čechoslovaci, opus Apostolatus ss. Cyrilli et Methodii atque studia Academiae Velehradensis ad tantam perfectionem actionemque excolant, ut firmiora ponant fundamenta conatibus conventuum Velehradensium atque ideis ss. Cyrilli et Methodii.

¹ Przegląd Powszechny 1908, Octobri, pg. 113.

² Juventus academica Slavorum catholicorum in congressibus Cracoviae (1929), Ljubljanae (1930), Bratislaviae (1931) ideam Cyrillo-Methodianam fundamentum foederationis suae declaravit. Textum slovenicum et gallicum illius resolutionis vide in libro: Poročilo o II. kongresu slovanske katoliške akademске mladine – Compte-rendu du II^e Congrès de la Jeunesse universitaire cathol. Slave. Ljubljana 1931, pg. 85-87.

DE CONGRESSUUM PRO UNITATE ECCLESIAE SEDE

Jos. Habeš, S. J.,

Magister aggreg. Pont. Univ. Greg. in Urbe et Pont. Coll. Velehradensis Rector.

Superfluum esse videatur de congressuum nostrorum sede tractare, quam ipso nomine produnt, cum Velehradenses appellantur. Quia autem aliquando (ut ipsi bene novimus) quaestio movetur de opportunitate nexus congressus inter et locum Velehrad, ideo operae pretium esse duximus per paucis velut lineamenti connaturalem congressuum cum sanctuario Velehradensi coniunctionem adumbrare, rationibus in contrarium nequaquam neglectis.

Et re quidem vera, quis locus ad deliberandum de unione caritatis Orientem inter et Occidentem aptior, quam qui testis fuit admirabilis illius syntheseos Graecae eruditionis atque pietatis cum Romana fide et inconcussa Sedis Apostolicae reverentia? Neve dicas identitatem hodierni Velehrad cum sede antiqua S. Methodii argumentis historicorum iam esse labefactatam. Ad quod obtinendum conatus varii non quidem defuerunt, ast nondum successum habuere; neque exstat opus historicum, quod quaestione Velehradensi omni ex parte examinata et omnibus historiae adminiculis adhibitis quidquam solidum contra antiquam traditionem protulerit. Econtra investigationes archeologicae temporis recentissimi eam traditionem historicam, usque ad finem saeculi XIII. certo pertinentem et vestigia anteriora partim exstantia partim supponenda (ne traditio quidem ex nihilo oritur) confirmantem, miro modo fulciunt illustrantque. Est igitur ratio, cur hodiernum Velehrad non destituatur iure sanctos Slavorum Apostolos sibi vindicandi.

Quem quidem nexum Velehradum cum SS. Cyrillo et Methodio copulantem atque historicis indigationibus non labefactatum ardens populi nostri pietas, praesertim inde ab anno saeculi elapsi LXIII., arctiorem fecit atque, ut ita dicam, spiritualiorem, ut etiamsi (quod tamen non constat) historica SS. Apostolorum commoratio heic excludenda foret, tamen locus iste sanctus esset ipsa Slavorum erga Apostolos suos devotione.

Qua ratione Velehradum ad congressus nostros quasi praeconsecratum fuit. Et ideo nemo miratus est, quod primus pro unitate Eccle-

siae augenda congressus non Pragae vel Viennae vel etiam Romae, sed Velehradii habitus est.

Prima autem huiusmodi experientia locum congressibus habendis peropportunum esse manifestavit etiam propter alias causas. Visa enim est praeter loci sanctitatem, quae ad tentamina non mere humana, sed propter motiva et finem supernaturalia mire animos inflammabat, etiam ipsa naturalis indoles loci, qui a tumultu et dissipatione magnis in urbibus inevitabili alienus prorsus est, mentes non tantum rebus tractandis applicare efficacius, sed etiam unire intimius, ut in penetralibus familiae fieri solet. Adde vastas aedes monasterii et (ab a. 1924) domus exercitiorum Stojanov recipiendis tot tantisque hospitibus accomodatas esse, adde liturgicas variorum rituum functiones in basilica perampla toto splendore peragi posse, adde interventum populi in fine congressus, quo fit, ut idea ecclesiasticae unitatis non mera paucorum eruditorum res maneat, sed in corda populi diffundatur eumque ad preces fundendas, quod unitatis restaurandae medium efficacissimum proculdubio est, impellat.

Quae cum ita sint, iure quaeri potest, quo pacto quidam ad id devenierint, ut Velehradium sin prorsus ineptum, saltem minus aptum ad congressus unionisticos habendos iudicent. Dicunt enim Velehradii congressus cogendos non esse, „quia desunt ibi viri eruditi“. Equidem fateor Velehradium non esse centrum activitatis scientificae unionisticae; immo assero locum tam remotum a commercio hominum et a centrīs studiorum aliorum, quorum bibliothecae etiam saepe consulendae sunt, si labor vere scientificus praestandus est, ne posse quidem esse centrum cuiuscumque scientificae activitatis. Ideo impossibile est, ut quidam (etiam e Societate Iesu) iamdiu in votis habuere, hic figere sedem alicuius societatis virorum eruditorum (alicuius Academiae Velehradensis sensu maxime proprio), qui ex professo quaestionibus unionisticis unice vacarent. Si enim coetus Bollandistarum, cuius bibliotheca omnibus numeris perfecta est, non in aliquo loco remoto consedit, sed Bruxellas petiit, ubi bibliothecae etiam publicae et commercium cum eruditis praesto sunt, quo modo coetus aliquis Velehradii residens, etiamsi e viris doctissimis compositus esset, unica adiutus bibliotheca Academiae Velehradensis (cui ad perfectionem multum deest quaeque praeterea non Velehradii, sed Olomucii asservatur) quidquam vere scientificum praestare posset?

Quamquam autem Velehradii sedes alicuius coetus scientifice pro unionelaborantis neque est neque, ut ostendimus, esse potest, non tamen inde sequitur congressus unionisticos hic non esse celebrandos. In congressu enim non studia theoretica demum e fontibus et e peritorum oraculis conficiuntur, sed iam elaborata proponuntur; quod profecto laborem scientificum ab oratoribus domi perfectum esse supponit. Neque ille coetus, de quo dicebamus, necessarius est ad informationes dandas vel auditorium oratorum efformandum; ad hunc enim praecise finem ipse congressus cogitur.

Immo quaeri potest, num congressus Velehradenses meri conventus studiorum theoreticorum sint vel esse debeant. Ad quaestionem „facti“ certo negative respondendum est. Experientia enim teste praeter quaestiones theoreticas (dogmaticas et historicas) suum tempus practicis rebus tributum fuit semper, quando conspectus actionis unionisticae in variis regionibus congressui proponebantur, quando dies piis meditationibus in basilica claudebantur, quando liturgiae variis ritibus celebrabantur. Adde auditores maxima ex parte iis constare, qui auditam praelectionem viri alicuius docti non primo obtutu omni ex parte intellegere possint; in discussionibus, si quae sint, solum vere peritos partem habere posse, qui non semper id quaerant vel definiant, quod auditores communes desiderant, ita ut scientificum munus congressus non tam in ipso programme congressus, sed potius extra illud, scl. in privatis peritorum colloquiis, perficiatur.

Quaestionem vero „iuris“, num scl. congressus Velehradenses pure scientifici esse debeant, dirimere non nostrum est. Attamen animadvertere liceat ipsum congressum, quando praeter congressus Velehradenses particulares conventus studiorum orientalium apud varias nationes celebrandos esse determinaverit, ipsa hac appellatione (conventus *studiorum*) discrimen aliquod statuisset et se non merum conventum studiorum velle esse implicite manifestasse.

Itaque consideranti congressus Velehradenses neque simpliciter vel etiam imprimis studiorum theoreticorum conventus esse neque, etiamsi essent, necesse esse, ut in ipsa congressus sede etiam ante et post congressum coetus virorum in quaestionibus orientalibus peritorum actu resideat (iuridice enim Velehradii est sedes doctorum Academiae Velehradensis), manifeste apparet nullam afferri posse rationem „ex visceribus causae“, i. e. ex indole congressuum et ex qualitate custodum

sanctuarii Velehradensis, qua Velehradium ineptum vel minus aptum ad congressus unionisticos esse demonstretur. De rationibus autem extrinsecis, i. e. plus minusve subiectivis, heic non disputamus. Sufficit nobis viros eximios omnium nationum, praesertim qui a principio congressibus nostris adesse consueverant, lubenti animo huc semper redire et pro sua erga traditionem catholicam veneratione etiam hanc nostram aliqualem traditionem congressuum Velehradensium, licet quartam saeculi partem non excedat, sincere adamavisse.

Pergat igitur Velehradium nostrum suo erga congressus munere hospitali fungi eo spiritu afflatum, quo sancti Apostoli Cyrillus et Methodius omnes Slavos ad Petri cathedram adducere conati sunt, quo archiepiscopus Antonius Cyrillus piae memoriae, congressus in hunc locum sanctum cogi curavit.

III. RESPONSA ORTHODOXORUM THEOLOGORUM AD PROPOSITAS QUAESTIONES DISCUTIENDAS

Criticae de Actis Conventuum Velehradensium unam difficultatem objiciunt contra methodum in ipsis Conventibus usitatam. Conventus scilicet agunt de orthodoxis, sed de iis sine iis, vel quaestiones proponuntur ac solvuntur cum respectu ad doctrinas catholicas, doctrinae orthodoxorum tanguntur saepe saepius solummodo per transenam, inde solutiones non possunt attingere radicem problematum.

Ad removendam illam objectionem, agi de orthodoxis sine orthodoxis, Academiae Velehradensis praesidium una cum Apostolatu ss. Cyrilli et Methodii proposuit, ut ante VI. Conventum Velehradensem transmitteretur invitatio ad theologos et scriptores orthodoxos, secundum quam deberent declarare sententias ac doctrinas Orientalium de praecipuis quaestionibus in VI. Conventu Velehradensi tractandis.

Ideo in russo-catholico Commentario Kitež (a. 1930 N. 1.) publicatus est elenchus quaestionum ex doctrina de Conciliis oecumenicis. Ad illas positas quaestiones responsum attulit russicum Commentarium „Put“, in articulo a domino N. N. Afanas'ev conscripto: „Vselenskie sobory“. (Po povodu „Obraščeniya k pravoslavnym bogoslovam“.) Articulum illum examinaverunt et approbaverunt professores Theologici

Instituti Parisiensis S. *Bulgakov* et A. N. *Kartašev*. (Put' 1930, N. 25, p. 81 – 92). Doctrinam in articulo relatam ac contentam referentes de Conciliis oecumenicis in VI. Conventu Velehradensi crisi subjicient eamque cum catholica doctrina comparabunt.

Mense Decembri anni elapsi transmissum est programma VI. Conventus Velehradensis iisdem theologis orthodoxis cum invitatione, ut de diversis quaestionibus ibidem contentis doctrinam orthodoxorum praesentis aetatis declararent, vel mittendo nobis articulos publicandos in speciali collectione a nobis edenda, vel ut in propriis ephemeridibus ad quaestiones darent responsa.

Ad informationem afferimus textum nostrae invitationis et quaedam responsa orthodoxorum. Discussio proposita non eum effectum obtinuit, quem statim ab initio sperabamus, id est editionem specialis Collectionis (Sbornik) doctrinae modernorum orthodoxorum, attamen non omnino in vanum erat. Magni aestimamus factum interrogatos theologos orthodoxos in responsis agnoscere gravitatem quaestionum et necessitatem mutuae discussionis. Cum gratitudine receperunt invitationem, nostrum est, ut etiam nos ipsis pro hac inclinatione benevola ad quaerendam ac inveniendam unicam veritatem gratias agamus sincerrimas. — Inde si Collectio edi non potuit ante Conventum Velehradensem, neque ipsi in illa loquentes ante Conventum audientur, tamen eorum attentio directa est ad Velehrad, Slavici omnibus carissimum. — Ita nobis certo sperare licet fratres nostros orthodoxos in exilio degentes corde et animo adfuturos esse nobis Velehradii diebus Julii congregatis, liceat sperare fore, ut verba Summi Pastoris animarum ad effectum quodammodo perducere possint: „Neque dubitamus quin desciti a Nobis filii, qui coetibus interfuere, cum Ecclesiae Matris sollicitudinem et impensum in eos vestrum omnium studium perspectum habuerint, laetabilis huius incepti vim senserint atque incitamentum. Quam quidem vim atque invitationem, ut vel vehementius experiantur, eidemque ultro libenterque respondeant, ut scilicet christianae unitatis beneficia intentiore animo recolentes, ad eam amplectendam totis viribus contendant, instantes caelestium bonorum Datori admoveri preces exoptamus; ita enim, opitulante Deo, feliciter continget ut omnes . pretiosa optatae pacis optatique Jesu Christi Regni munera adipiscantur.“ (Cfr. supra p. 8. – 9. Litteras Summi Pontificis.)

En textus invitationis theologorum et Ordinariorum orthodoxorum.

MILOSTIVYJ GOSUDAR'!

V budúštem godu na svjaščennom Velegradě, kolybeli věry všech Slavjan, gdě trudilis' naši slavjanskije apostoli, budet sozvan šestoj unionističeskij sězd. – Ėtot kongress budet do nje kotoroj stepeni sězdom jubilejnym, tak kak ispolnitsja četvert' stolětia s togo momenta, kogda v pervye s Velegrada vzory stol'kich vostoržennych tružennikov i proslavlennych mužej nauki i nabožnosti obratilis' k Vostoku, k našim, nyně stol' tja gostno stradajuščim, slavjanskim bratjam; uže togda, pered 25 godami, učastniki Velegradskago sězda projavili svoje stremlenie k edinstvu věry i cerkvi Christovoj.

Vam věrojatno dostatočno chorošo izvēstna dějatel'nost' ětich sězdov i po ěтому nět neobchodimosti podrobno ich opisывať. Mnogie sviděteli iz čisla Vašich sobrat'ev otkryto priznavali, čto na Velegradskich sězdach bratskaja ljubov byla vseгда osnovnym motivom všech našich dějstvij, ljubov, kotoraja ne znajet različija meždju dušami iskuplennymi dragocěnnoj Christovoj krov'ju. Ėta-to ljubov i nyně nas vedet k tomu, čtoby my teper' obratilis' k Vam s pros'boj, kotoruju Vy, naděemsja, soglasites' ispolniť.

My by chotěli, čtoby na slědujuščem Velegradskom sězdě v g. 1932 pri rěšenii predlagaemych voprosov byli podany i objektivnye vzgljady na pravoslavnoe věroučenie i čtoby ěti objektivnye vzgljady byli osnovoj i ob'ektom trudov sězda.

Ličnoe učastie pravoslavnych bogoslovov byť možet budet dlja někotorych iz nich soprjaženo s izvēstnymi trudnostjami. Po ěтому my chotim pečatno izdat' „SOBRANIE MNĚNIJ PRAVOSLAVNYCH O VO-PROSACH NA SĚZDĚ.“

Pozvol'te po ěтому, Milostivyj Gosudar', predložit Vašemu vnimaniju Programmu sězda i prosit' Vas, čtoby Vy nam ljubezno soobščili o nej svoje mněnie i izložili učenie sovremennago pravoslavnago bogoslovija o kakoj libo iz privedennych tem.

My pozvoljaem sebě obratit Vaše vnimanje napriměr na No. . no konečno Vy možete sam izbrat i inuju ljubuju temu.

Vaša statja možet byt napisana po ruski ili na kakom libo inom jazykě. Esli poželaete, to možete ee takže napečatať i v Vašich žurnalach. —

My naděemsja, čto Vy istolkuete našu prosbu v dobrom smyslě i čto ljubezno soglasites' ispolniť to, o čem my Vas prosim.

Ožidaja ljubeznyj otvět o Vašem řešení ostaemsja s glubokim i iskrennim uvaženiem.

Za redakciu „Acta Academiae Velehradensis“

PROF. DR. J. MATOCHA, m. p. PROF. DR. J. HEJČL, m. p.

VAŠE VYSOKOPREOSVJAŠČENSTVO!

Akademija Velegradskaja iměet česť dovesti do svědenija Vašego Vysokopreosvjaščenstva, čto ona obratilas' k pravoslavnym bogoslovam s anketoj po povodu programmy buduščago Velegradskago s'ězda, kotoryj dolžen byť sozvan v ijulě 1932 goda.

Prilagaja pri sem obrazec pis'ma i spisok tem, Velegradskaja Akademija sčitaet nužnym otmětiť, čto ona ne sočla vozmožnym predprinjať podobnyj šag bez togo, čtoby predvaritel'no ne informirovať ruskych episkopov, živuščich za granicej. My prosim V. V daby Vy blagosklonno otneslis' k našemu načinaniju, prodiktovannomu želaniem ukrepiť vzaimnoe poznanie i christianskuju ljubov' My naděemsja, čto i V. V. ne otkažet v svoem prosvjaščennom sodějstvii, libo v formě prjamogo učastija v našej anketě, libo v formě rekomendacii etoj ankety ruskym bogoslovam, s kotorymi Vy nachodites' v obščanii.

Prosja o molitvach V. V i ostavajas' v ožidanii ljubeznago otvěta prosim prinjať uvěrenija v našem glubokom uvaženii.

Za Akademiju Velegradskuju:

PROF. DR. OSIP MATOCHA, m. p. PROF. DR. JAN HEJČL, m. p.

PASTYRSKO - BOGOSLOVSKOE
UČILIŠČE
MONASTYR „SV. KIRIK“, STANIMAKA

13. 26. mart. 1932.

V AKADEMIJU VELEGRADSKUJU

Prinošu glubokuju blagodarnost Velegradskoj Akademii za čest, ko-
toroj ona udostoila menja, priglasiv na Sbězd v ijulě s. g.

K velikomu sožalěniju ja ne mogu vospol'zovat'sja etim ljubeznym
priglašeniem, čtoby prinjat' aktivnoe učastie v dějatel'nosti Sbězda.
Glavnaja pričina v tom, čto po složnosti moich zanjatij ne mogu do-
statočno podgotovit'sja, čtoby otvětit' ot imeni Vostoka po ves'ma važ-
nym voprosam, predložennym v anketě. Kromě etogo, sovpadaet po
vremeni otkrytie 2-go predsobornago Sobranja na Athoně, čto potre-
bujet ot menja bol'sich naprjaženij moich slabych sil dlja otvěta na
sovremennye volnujuščie voprosy Cerkvi Christovoj.

Ešče raz blagodarju i prošu prinjat' uvěrenie v glubokom uvaženii,
s kotorym imjeju čest byt' s ljuboviju vo Christě bogomolec i brat

Načal'nik Pastyrsko-Bogoslovskago Učilišča

ARCHIEPISKOP DAMIAN.

M. G.!

Blagodarju za predloženie, no ne mogu ego prinjat' i ispolnit'. Po
starosti i bolěznennosti ja otkazyvajus' ot vsjakych rjadovych mežd-
cerkovnych konferencii i ne razpoložen vystupat' na zadumannom
Vami ekzameně pravoslavnago bogoslovija

Cum magna reverentia

Sofia, 31. XII. 1931.

NIKOLAJ GLUBOKOVSKIJ,
Dr. theol.

MILOSTIVYJ GOSUDAR'!

Blagodarju ustrojitelej Velegradskago sbězda za priglašenje. No ja ne
sčitaju dlja sebja možnym napisat' stat'ju, karakterizujuščuju učenie

pravoslavnago bogoslovja na oboznačennyja temi po tej pričině, čto ja ne bogoslov. Ja sovsěm ne sčitaju sebja kompetentnym v voprosě o soborach, naskol'ko vopros tot stavitsja s cerkovno-istoričeskoj točki zrěnja. Ja vėd' filosof pro special'nosti po metodu i podchodu k voprosam.

Sovětuju organisatorom s'ězda obratit'sja k professorom Pravoslavnago Bogoslovnago Instituta v Parizě, osobenno k protoiereju *Sergiju Bulgakovu i A. V. Kartaševu* . . .

S istinnym uvaženiem

Clamart/Seines 12. I. 32.

NIKOLAJ BERD'JAEV, m. p.

M. G.,

prošu meja izvinit', čto zaderžal otvėt na Vaše pismo ot 24. XII. 1931. Učastvuja v raznych s'ězdach i organizacijach preslědujuščich cěl sbliženja raznych christianskych ispovėdanij, a razuměetsja sčitaju dlja sebja soveršenno estestvennym priŋat' Vaše priglašenje k učasti v Velegradskom obščenii v toj formě, kakaja dlja menja vozmožna. Odnako ličnoe učastie nachoditsja za prėdělami vozmožnosti dlja menja, i ostaetsja tol'ko pis'mennoe. Iz vsego perečta voprosov ja predpočel by vyskazat'sja po voprosu o Cerkvi (7, 10) ot časti i po tomu, čto mně dlja etogo ne nužno pisat' osobago doklada, no možno vozpol'zovatsja uže napisannym. Imenno goda dva tomu nazad v žurnale Orient und Occident (Verlag von Hinrichs, Leipzig) byla napečatana moja statja Das Selbstbewusstsein der Kirche, original kotoroj na ruskom jazykě ja mog by predostavit' v Vaše rozporjaženie, opasajus' liš', čto ona budet velika (2-3 pečatnych lista). Esli eto pokažetsja dlja Vas priemlennym, ja prišlju original. Pisat' soveršenno novuju statju na tuže temu mně by nechotělos', a dlja soveršenno samostojatel'noj temy, bojus', u menja nechvatilo by vremeni.

Ostajus' gotovyj k uslugam Vašim

Paris, 20. I. 1932.

protoierej S. BULGAKOV.

P. S. Ja mogu soglasit'sja i na sokraščenie stati ili na pečatanie časti jeja, konečno, po vzaimnomu soglašenju.

V REDAKCIJU „ACTA ACADEMIAE VELEHRADENSIS“.

MILOSTIVYE GOSUDARI,

Ja polučil Vaše pis'mo ot 24./XII. 1931 i prinošu Vam glubokuju blagodarnost' za okazannoe mně vnimanie. No Vaše predloženie, čtoby ja vyskazalsja po celomu rjadu ves'ma otvëstvennych special'nych voprosov kak pravoslavnyj bogoslov, očevidno, osnovano na kakom-to nedorazuměniju. Věd' moja naučnaja special'nost to gosudarstvověděníe i istorija filosofii prava. V svjazi s posledneju ja interesujus' voprosami filosofii religii. No togo koněčno nedostatočno, čtoby sčit'sja kompetentnym v predložennyh Vami voprosach, na kotorye nadležaščij otvët mogut dat'tol'ko učenyje specialisty.

Prošu prinjat' uvěrenie v moem soveršennom uvaženiju

Ljubljana, Gledališka, 12.

E. SPEKTORSKIJ, m. p.

MILOSTIVYE GOSUDARI,

prošu Vas prinjat' vyraženie moej blagodarnosti za ljubeznoe predloženie poměstit stat'ju v sbornike „Sobranija mněnij pravoslavnyh“

K sožalěniju, ja ne mogu napisat' statii po voprosam pravoslavnago bogoslovija. Zanimajas' v nastojaščee vremja metafyzikoju i etikoju, ja kasajus', inogda bogoslovnyh problem, no eti vystuplenija moi imějut slučajnyj i ličnyj charakter. Poëtomu ja ne v silach i ne v pravě napisat' stat'ju dlja sbornika.

Primite uvěrenie .

N. LOSSKIJ.

M. G.

Blagodarju Vas za ljubeznoe priglašenie k učastiju v organizuemom Vami pečatnom sbornikě „Sobranie mněnij pravoslavnyh o voprosach razbiraemyh na sčëždě“ Esli by ja byl bogoslovom, priznannym Cerkov'ju i upolnomočennym Eju govorit ot Eja lica, to ja s radost'ju prinjal by učastie v takovom sbornikě. K sožalěniju ja ne bolěe, čëm rjadovoj syn Pravoslavnoj Cerkvi i polnomočij na vystuplenie ne iměju. Mněnie že rjadovogo člena Cerkvi možet byt' i ošibočnym, ono možet byt' nepolno i netočno vyražennym i těm vvesti drugih lju-

dej v zabluždenie ili prjamo v soblazzn (scandalum). Praviťno li, čenno li eto sobirat' takija *mněnija*, kotoryja vo vsěch ispovědanijach imějutsja i vo vsěch ispovědanijach mogut byť nevěrny i netočny, – mně nejasno. Nejasno mně takže, možeť li takoj sbornik nekompetentnych ili polukompetentnych mněnij poslužit' vzaimnomu poznaniu i sbliženiju christijanskich ispovědanij. Vremja že naše polno groznych znakov, věščajuščich o nedopustivosti uglublenija razborov v Christianstvě.

Prinosja Vam ešče raz moju blagodarnost za Vaše lestnoe mně pri-glašenje, ja polagaju, čto liš' suždenie kompetentnych pravoslavnych bogoslovov možeť i dolžno vyzyvat Vaš interes.

K čislu takich kompetentnych bogoslovov ja oťnošu Archiepiskopa Anastasia (Jerusalim, Pravoslavnaja Missija), professora Glubokovskago (Bolgaria, Sofia, Universitet), professora Arsen'eva (Königsberg, Kronprinzenstr. 12 I Preussen).

S istinnym uvaženiem


professor I. A. IL'IN.

IV ARTICULI

ARCHAEOLOGICAE EXCAVATIONES IN REGIONIBUS VELEHRADENSIBUS, PROPE VETUS UH. HRADIŠTĚ

Relatio decani Iacobi Hudeček.

Ex historia notum est stirpes gentis Moravorum circa annum 822 ad quandam unitatem pervenisse. Constat autem Moravos illis temporibus tributarios fuisse regibus Francorum Primus dux eorum, in scriptis monumentis expresse nominatus, erat Moimarius, qui anonymo scriptore historiae conversionis Carantanorum testante Privinam ducem Slavorum, in territorio hodiernae Slovakiae tunc habitantium, expulit et regnum ipsius occupavit. Anno 846 rex Francorum Ludovicus Moravos defectionem molientes perdomavit et Rasticem, nepotem Moimarii, ipsis ducem constituit. Rasticius, iam christianus, misit circa a. 863 legatos Constantinopolim rogantes imperatorem, ut mittat in Moraviam virum quendam, linguae slavicae gnarum, qui gentem Mo-



Duplex sepulcrum. No. 219.


ravorum doctrinam christianam plenius edoceret. Imperator petentibus satisfaciens misit in Moraviam presbyterum Constantinum cum ipsius fratre Methodio, monacho et verosimiliter diacono. Quos Moravi cum magna laetitia exceperunt et in civitatem regni principalem deduxerunt.

Hic oritur quaestio, ubi haec Rastici principalis civitas posita fuerit. Annalista Fuldensis huius civitatis bis mentionem facit. Prima vice (a. 869) nominat eam „Rasticii ineffabilem et omnibus antiquissimis dissimilem munitiorem“, secunda vice (a. 871) „antiquam Rastici urbem“. Est constans traditio, quam inde a saeculo XIII. in monumentis scriptis insequi licet, s. Methodii sedem archiepiscopalem fuisse olim in civitate Velehrad.

Sub hoc nomine commemoratur inter possessiones praepositurae Spytihněvensis (distat ab Uherské Hradiště spatio 8 km) a. 1131 villa Velehrad (nunc Staré Město apud Uh. Hradiště). In litteris, quibus fundatur claustrum Velehrad, olim ordinis Cisterciensium, (a. 1228) haec villa Velehrad (Staré Město) connumeratur inter possessiones istius claustrum his verbis: „Veligrad *civitas* primo, modo burgus.“ Ex hac denominatione coniici potest, burgum Velehrad antiquioribus temporibus fuisse *civitatem*. Cum autem in scriptis documentis ne minimum vestigium invenitur argumenti, quo probari possit, Břetislaum vel aliquem alium ducem Bohemorum villam Velehrad (Staré Město) ad dignitatem *civitatis* provexisse, tenendum est, verbis „civitas primo“ designatam esse antiquam traditionem, iuxta quam Velehrad (Staré Město

iam temporibus regni Magnae Moraviae honore civitatis ornata erat. Traditio haec non est parvi aestimanda. Etenim initio saec. XIV ignotus scriptor in sic dicto Passionali, lingua bohemica composito, enarrat Bořivoium, ducem Bohemorum baptizatum esse a s. Methodio in Velehrad, in ecclesia s. Viti.


Constat autem illis temporibus (h. e. saec. XIV) in Velehrad (Staré Město) revera ecclesiam s. Vito dedicatam exstitisse. Itaque antiquissima litteris mandata mentio de Velehrad, qua archiepiscopali sede s.



Secures ex coemeterio „Ad vallum“. Sepulcrum No. 103 et 42.

Methodii, reiicit ad Velehrad-Staré Město. Circa annum 1200 donavit Vladislaus, marchio Moraviensis, monachis Cisterciensibus in hac regione desertum quoddam claustrum cum ecclesia s. Joannis. Quia autem ecclesia haec et claustrum monachis minime conveniebant, alium locum in propinquitate situm sibi exquisiverunt, in quo claustrum cum ecclesia magnifica extruxerunt. Quoniam vero hoc claustrum villae forensi Velehrad (Staré Město) dictae, adiacebat, coepit vocari claustrum Velehradense.

Anno 1257 condidit rex Bohemiae Přemysl Otocarus II. in insula, villae forensi Velehrad-Staré Město adiacente, novam civitatem, quae decursu temporis nomen obtinuit Uh. Hradiště. Ex eo tempore villa Velehrad in oppositione ad hanc „novam civitatem“ coepit vocari „an-



Unicum inventum in Vet. Hradiště, s. d. hungaricae seu avaricae secures.

tiqua civitas“ hoc est „Staré Město“ nomenque Velehrad, quo ad hoc usque tempus gaudebat, sponte transiit ad claustrum Velehrad et ad hodiernum pagum eiusdem nominis. Tali modo quaestio de situ antiquae civitatis Velehrad est valde implicata. Antiquiores enim scriptores usque ad saec. XVIII. civitatem Velehrad, ad quam traditio sedem archiepiscopalem s. Methodii transferebat, cum claustro Velehrad confundebant. Ex hac confusione exorta est saec. praeterito magna controversia de loco metropolis s. Methodii, quam ad tempus vir doctus Brandl (circa a. 1860) finivit demonstrando solidis argumentis, traditionem de archiepiscopali sede s. Methodii spectare ad Velehrad-Staré Město.


Interea nova scientia s. d. archaeologica etiam in nostris terris magnos fecit progressus. Quare non est mirandum, viros doctos, huius scientiae gnaros, opinionem protulisse, in Velehrad-Staré Město, si revera illic olim illa „Rastici ineffabilis munitio“ et „antiqua Rastici urbs“ annalium Fuldensium exstiterit, aliqua huius metropolis vestigia sub terra inveniri debere.

Inter hos viros, in archaeologica scientia versatos, praesertim I. L. Červinka multum laboravit, ut talia vestigia praesuppositae civitatis


in Velehrad-Staré Město detegeret, sed frustra. Propterea animum ad alium locum, scilicet ad ruinam arcis Děvín (Dovina ann. Fuld. ad a. 864) convertit, positae in promontorio praecurrente ad confluentem Moravae et Danubii. Ibi revera aliquae res antiquae, quae saeculo IX. attribui possint, inventae sunt. Sed natura huius loci, ad extremum finem regni quondam Moravici iacentis et primis semper incursibus hostilibus obnoxii, minus apta videtur pro extruenda ibi urbe primaria. Multo minus veri simile videtur, s. Methodium sedem archiepiscopalem et scholam pro erudiendis clericis erexisse in loco tantis periculis perpetuo exposito et strepitu armorum nec non tumultibus vitae aulicae inquietato, praesertim si prae oculis habetur angustia loci. Non obstantibus his dubitationibus aliqui scriptores historici et archaeologici hunc locum arbitrantur esse illam antiquam Rastici urbem ann. Fuldensium.

Sed praeter expectationem communem ante aliquot annos res permutatae sunt. Etenim magister ludi Ant. Zelnitius, nunc rector scholae publicae in pago Velehrad, anno 1922 animum advertit ad locum in Staré Město, qui dicitur „na valech“ (ad vallum). Conatum faciens in perfodendo nominato hoc vallo, detexit coemeterium perantiquum, in quo corporibus mortuorum variae res antiquae appositae inveniebantur. Ut in perquirendo hoc coemeterio tutius et citius procedere possit, conditit societatem „Musejní spolek Starý Velehrad in Staré Město“ Amotis variis obstaculis coepit inde ab anno 1924 coemeterium systematice explorare.

Usque ad finem a. 1931 aperta sunt circiter trecenta sepulcra. Per-



Vasa ex sepulcris No. 277, 273, 274.



Ornamenta (inaures) in sepulcro 106. Vet. Hradiště.

multa sepulcra iam antea ab hominibus, nescientibus, qualis momenti locus dictus sit, decursu circa 25 annorum effodendo et devehendo arenam inutiliter, imo cum magno damno scientiae archaeologicae deleta sunt. Ex parte etiam noviter superstructa aedificia impediunt totalem explorationem loci. Pro historia gentis Moravorum saeculi IX. et X. est detectio huius coemeterii maximi momenti. Nam iuxta opinionem prof. L. Niederle, viri in archaeologica scientia peritissimi,

praestat hoc coemeterium abundantia rerum antiquarum, ad culturam Slavorum saec. IX. et X. pertinentium, omnia alia similia loca in patria nostra.

Impossibile est hic loci omnes res antiquas, usque adhuc in dicto coemeterio efossas, enumerare. Sufficiat afferre eas, quae maioris momenti sunt. Confer illustrationes.


Mentione digna sunt praesertim varia opera figlina (keramika) cum notis fabricationis saec. VIII. et IX., dolia lignea, ferro praefixa, varii generis secures, falces, scalpra, cultri, lanceae, hastae, sagittae, gladii. Inventa sunt etiam permulta decoramenta ex. gr.: nodi ex aere deargentato vel deaurato, monilia, margaritae vitreae, inaures ex aere, argento et auro confectae, quaedam permagni pretii et mirabilis artis.

Inter res inventas sunt etiam duae parvulae cruces, quarum partes transversae aequalem habent dimensionem. Est mirum et significans inter dona mortuis corporibus apposita usque adhuc nullum inventum esse numum. Ex hoc licet coniicere haec sepulcra incidere in illud tempus, quo in nostris terris nondum erat aes vel argentum signatum, videlicet in saeculum IX. — Res in sepulcris inventae maxima ex parte (exceptis operibus figlinis) originem trahunt a fabricatoribus byzantinis vel orientalibus.


Quod tempus attinet, cui haec sepulcra adnumerari possint, doctissimus L. Niederle tali modo suam profert sententiam: „Omnes notae huius coemeterii demonstrant, illud in nucleo esse non nihil antiquius quam coemeteria in Ryběšice et in Předmostí; nec usque modo repertus est vel unus numus. Opera figlina (keramika), ex maxima parte instructa notis sat magnam antiquitatem prodentibus, referunt originem ad minimum in saec. IX. vel X. Exemplaria typica pro saec. XI. nulla adsunt. Non est porro obliviscendum, sepulcra in Staré Město explere longius intervallum temporis (circa 100—150 a.) et (ideo) non esse omnes res contemporaneas. At interim res inventae coemeterium in Staré Město in saec. IX. et X. inserunt. Pertinet ergo hoc coemeterium ad finem perdurationis regni Magnae Moraviae.“¹

Omnia haec documenta antiquitatis in Staré Město efossa vel inventa videri possunt in Museo ibidem erecto. Praeter societatem „Starý Velehrad“ pro archeol. exploratione pagi Staré Město condita, existit adhuc alia societas eiusdem fere denominationis, scilicet societas: „Ar-

¹ Zprávy čs. státního archeologického ústavu. Praha 1929.




Ex sepulcro 209.




Ex sepulcro 196.

cheologický spolek Starý Velehrad“, quae sibi ponit ante oculos archaeologicam explorationem hodierni pagi Velehrad et regionis circumiacentis. Sunt enim in propinquitate multa loca, quae sua denominatione et indole attentionem excitant. Videntur enim originem trahere ex illo tempore, quo slavicae gentes hanc regionem occupaverant. — Impri-



Ex sepulcro No. 291 et 292.




Vasa ex sepulcro 3. prope Čeložnice.



Inaures in sepulcro 266 et 273.


mis est in propinquitate hodierni pagi Velehrad lapis memorabilis, qui in litteris foundationalibus claustrum Velehrad ex a. 1228 dicitur „Králov stol“ (sella regia). Cum hoc lapide videtur cohaerere alius non minus memorabilis locus adiacens pago Velehrad, qui vulgo dicitur „rákoš“ (= campus electionis). In Hungaria ad meridiem civitatis Pest existit locus eiusdem nominis „rákoš“, in quo reges hungarici usque



Ex sepulcro No. 1.

ad tempus invasionis Turcarum eligebantur, qui deinde in Stoliční Bělehrad (Stuhl-Weissenburg) intronizabantur. Haec plene conformes denominationes videntur probare idem factum: scilicet in ambobus campis „rákoš“ solitum fuisse slavici gentibus eligere duces (reges), qui deinde in lapide „Králov stol“ intronizabantur. Sunt, qui existiment perfectam enim analogiam denominationum posse probare, etiam in Moravia campum „rákoš“ electioni principum inservivisse,

Praeter haec loca adnotatione digna sunt adhuc alia multa praesertim in montium tractu, qui dicitur „Chřiby“ (colles silvestres), sita et vallo munita, in quorum propinquitae saepe inveniuntur sepulcra mortuorum sub tumulis e terra erectis (mohyly).



Ornamenta formae crucis.

Haec omnia exquirere et explorare proponit sibi dicta societas „Starý Velehrad“. Facit hoc ea intentione, ut dissolvi possit quaestio, num in ista regione quaerendum sit illud systema munitorum locorum, quod praesupponere videntur verba ann. Fuld. ad a. 869: „Qui (vid. Carolus, filius Ludovici Germ., regis Francorum), dum . in illam ineffabilem Rastici munitionem et omnibus antiquissimis dissimilem venisset *omnia moenia regionis illius* cremavit incendio et abscondita quaeque in silvis vel defossa in agris repperiens cum suis diripuit.“ Tali perquisitione regionis speramus aliquod adiumentum scientiae historicae et archaeologicae praestari pro dissolvenda controversia de situ illius antiquae urbis Rastici et archiepiscopalis residentiae s. Methodii, primi archiepiscopi Moraviensis.

Accuratius de hac re disputatur in foliis „Sborník velehradský“, Nová řada, No 1-3, 1930-1931.

DE MISSIONIBUS RUSSORUM ORTHODOXORUM APUD INFIDELES

Non parvae utilitatis est trahere in memoriam et intelligere modum quo Russi cum populis Asiae egerunt. Illae relationes historicae habuerunt influxum in eorum missiologiam, ut ita dicam. Sicut omnes populi, in opere missionario, volentes nolentes, aliqua vestigia spiritus patriae retinuerunt, sic et Russi. Cum historia Russorum valde intime concatenetur cum aliquibus populis Asiae, facile in conspectum venit causa, cur in opere colonizationis, et etiam missionario apud paganos, suo modo, sat speciali, rem duxerint.

Valde severe, in pluribus casibus, judicant de coloniis europaeorum populorum, ut res, abhinc 4 saecula, fuit peracta.

Etenim, quin omnes rigorose judicent secundum verba Lenine, dicentis:¹ „Imperialismus est novissimus gradus capitalismi, cum factor colonizationis saepe consistat in tendentia in hegemoniam, i. e. in possessione terrarum, non tantum directe pro se, quantum ad debilitandum concurrentem et eius hegemoniam destruendam,“ cum sit casus extremus, attamen multi russorum non pacate judicant quando de colonizatione agitur.

Si adhibeatur vox colonizatio huic continuo progressui quo Russi, a ripis Dniepra, sibi acquisiverunt immensas regiones usque ad Pacificum Oceanum, haec vox debet clare intelligi, etenim, in hoc progressu, non agitur de extensione et impositione unius eiusdem Russicae culturae in alios populos, sed de aliqua mixtione secundum quam, mira quadam adaptatione, Russi assumpserunt ipsi multos usus, mores populorum quos inveniebant. In quo labore, gubernium russicum fere nullam partem agebat, v. g. quando cosacus Jermak, jam repressus ab Ivano IV, voluit invadere in Siberiam, fuit severe iterum repressus ab Ivano, qui nolebat ullam difficultatem habere cum rege sibiriano Kutchum.²

Secundum Klioutchevsky, tota historia Russiae non est aliud nisi continua infiltratio russici incolae, a Carpathibus profecti, quaerentis novas terras in Oriente. Sic Souzdal, Moskva, Novgorod, fuerunt paulatim colonizati, ita ut populus, in unoquoque novo agro aut silva acquisito, se mutavit, transformavit secundum circumstantias populi et regionis quas invenit. Fuit inter Russos et indigenas, Finnos praesertim, quaedam fraternitas, mixtio incolarum; de facto typus russicus obtinuit dominium, sed sat mutatus; in hac colonizationem sui generis, valde

¹ cf. Pavlovič, Francuzskij Imperialism, Leningrad, 1925.

² Sic scribebat Tsar Ivan ad fratres Stroganov, mercatores, qui invitaverant Jermak, in qua epist. habetur: „Scripsit ad nos ex Perm Vassili Pelepelitsyn, quod misistis ex suis arcibus atamanes volgenses et cosacos Jermak cum sociis pugnare Votiacos et Vogulicos et Tataros et Pelymsa loca et sibiriana vos iratos fecistis Vogulicos et Votiacos et Pelymsos, et cum exercitu venistis ad eos; postea cum Sibiriano sultano nos in inimicitiam posuistis et volgenses atamanos ad se vocantes illos latrones sumpsisistis in sua moenia sine nostro jussu, sed illi atamani et cosaci etiam nos inimicos redderunt cum Nogaisca Orda, legatos Nogaiscos in Volga interfecerunt Et nos misimus in Perm militem Anitchkov et jussimus illos cosacos Jermak cum sociis comprehensos ducere in Perm et Usolie Kamskoe et ibi illos stare sine armis et vos jubemus cosacos apud vos non servare .

paucae fuerunt pugnae: russicus incola pacate occupabat loca vacua, inter habitationes Finnorum, sed, ut nunc testatur mixtio nominum pagorum, alternative sub vocabulis finnis et russis, nec se disputavit cum aliis, nec fuit exterminatio Finnorum, sed fraterne studuit cohabitare. Haec mixtio influxit in physicum typum „magno-russorum“ Hoc etiam probat factum quod illi qui sic emigrabant ad septentrionem et Orientem, non erant semper milites nec „conquistadores“; erant sive mercatores quaerentes novum commercium, sive agricolae quaerentes novam terram arabilem sive etiam monachi, cuius ascesis, saepe praescripta ab hegumeno, erat invenire loca solitaria, in quibus pacate possent Deum orare. Cito, circa monachos, fundabantur pagi, incolae veniebant, et paulatim opus extensionis terrae russicae sic procedebat.

DISPOSITIONES RUSSORUM ERGA INDIGENAS

In libro „Les Races et l'Histoire“, E. Pittard¹ animadvertit in regione antiquae Russiae, Asiaticos et Europaeos convivere in aliqua fraternitate anthropologica quam difficile esset alibi talem invenire. Et hoc verum est non tantum de moribus, sed etiam, saltem in antiqua Russia, et nuper in vicis sat remotis, de aliqua mixtione religiosa inter fidem christianam et superstitiones paganismi. Anitchkov hoc explicat per factum quod christianismus venit in Russiam tempore, quo erat adhuc valde inculta. In imperio romano, christianismus invenit culturam magnam, antiquam, societatem organisatam cum qua erat pugnandum ut admitterentur christiana principia. E contra, in Russia, cultus idolarum non erat organisatus, nec veram resistantiam opposuit christianismo; ex hoc venit quod christianismus fere sine pugna introductus esset in Russiam; propterea, incolae non intellexerunt statim tam apertam differentiam inter christianismum et paganismum; cum fide christiana retinuerunt per multa saecula consuetudines paganismi. Hoc apud russicos auctores vocatur „dvoevĕrie“.²

Haec fraternitas etiam explicatur per factum quod Russi fuerunt per duo saecula sub dominio populi asiatici, Mongolorum; hoc dominium non fuit unice ad damnum Russorum, ut multi putant: si de facto, sub dominio Mongolorum, Russi fuerunt ab europaea cultura segregati,

¹ E. Pittard, *Les Races et l'Histoire*, p. 273. Paris 1924.

² Aniĭkov, *Jazyĭestvo i drevnaja Rus*, 1914.

eis per Mongolos apertae sunt magnae portae Asiae, adfuit communicatio viva et continua cum magnis populis Asiae, et sub hac dominatione facta est unitas Russiae.¹ Ex hoc etiam Russi acceperunt aliquem spiritum aequalitatis cum illis populis.

Sic evenit, ut Russi, quando rem habebant cum populis Asiae, non habuerint conscientiam superioris culturae, sicut quidam Europaei. Suam culturam multum amabant ut suam, sed facile intelligebant alias eisque se adaptabant.

De illis relationibus Russorum cum asiaticis populis, habemus aliqua documenta:

1. In narrationibus de Constantinopoli capta, ex eis in una, facta a Russo, Nestor-Islander, inveniuntur multa orientalia verba; sic in poemate „Slovo o Polku Igoreve“ (Dictum Igori), quod exstitit jam initio XIII^o s. multa verba excerpta sunt ex orientalibus linguis (praesertim turcis).²

Hoc probat Russos jam habuisse vivos contactus cum illis populis.

2. Per mongolicum dominium gubernium russicum efformavit suum typum: de influenza Tatarorum in *exteriolem politicam* Russorum et *ceremoniale legatorum*, cf. N. Veselovsky, *Tatarskoe vlianie na posolskij ceremonial moskovskago perioa russkoi istorii* (Otchet Petersb. univers. 1910).

3. Post finem tatarum regiminis, ipse russicus tsar se nominabat „magnum bekh, album khan“, quae denominationes erant tatarorum.

4. Rarissimi erant translationes librorum orientalium a Russis; sic libri russici de Mahometanismo, erant translati ex occidentali fonte. Tantum sic dicti Yarlyki (litterae commendatitiae Tatarorum ad episcopos orthodoxos) erant directe ex turco originali in russicam linguam translati.³

5. Anno 1499, habetur prima legatio a sultano Hussein, ex Herat, facta cum propositione amicitiae.⁴

6. Multi Tatarum, auxiliares Moskvae facti, multum adjuvant Rus-

¹ Contra opinionem quod mongolicum imperium fuerit causa isolationis culturalis Russiae, cf. Barsukov, *Žizn' Pogodina*, IV, 63.

² Cfr. „Pamjatniki“ drevnej pismennosti i iskusstva, izd. Imp. Obšč. ljub. drevnej pism. Vyp. LXI, 1886g, No 2. et Izv. otd. russk. jaz. i slov. Imp. Akad. Nauk. VII. kn. 2, 273-302 i X. kn. 2, 66-92 i X. kn. 4, 109-134.

³ Cf. M. D. Priselkov, *Khanskije Yarlyki russkim metropolitam*, Petrograd, 1916.

⁴ Cf. S. Soloviov *Istoria Rossii* I, 1422 et 1442.

siam, servi fideles, ut principes et tsari *Kasimovici* qui, per 2 saecula a 1450 usque ad tempora Petri Magni, habuerunt dominium, ipsi Tattari, omnino tanino tataricum, in urbe et principatu Kasimovi, qui inveniebatur prope Moskvam. In omnibus bellis Russorum, sive contra Polonos, aut Prussos, sive etiam contra ipsos Tataros Kazani, pugnaverunt in exercitu Russorum. Sed hoc est animadvertendum semper russicos tsaros servavisse sine mutatione suam mahometicam fidem; imo quando, ut bis advenit, ipse princeps Kasimovi sponte petiit baptismum, statim debuit resignare, ex jussu tsari, suas functiones principis, ut fides mahometica in Kasimov servaretur intacta.¹

Quidam Tattarus, Kasimov nomine, adhibebatur ut interpretes, XVII s., usque in Indiam, et, quamvis mahometanus, ibi recusavit, non obstantibus multis propositionibus, fidem russo tsari relinquere.²

7. Cosaci, quamquam directe non influxum habuerunt in opus missionarium, tamen, ut starovieri, fundaverunt multas communitates in medio paganorum, sive multum adjuverunt missionarios ad invenientes et coadunandos infideles.

Illi sic vocati sunt ex turco verbo quod applicabatur hominibus, separatis a suo gubernio, populo aut tribu, et coactis ducere vitam secundum vagabundorum modum. Sic Uzbeki, qui remanebant in „stepis“ nominabantur cosaci. Cosacus fiebat khan victus in bello, et fuga salvans seipsum cum hominibus sibi traditis; cosaci erant subjecti, non contenti cum suo khano, et exeuntes ex eius potestate, ut, suis expensis, quaererent fortunam in alio loco. Hunc turcum terminum sibi appropriaverunt russici emigrantes, nolentes se conformare cum ordine moscovitae Russiae et relinquentes suam patriam. Propterea ipsi fuerunt primi adiutores et postea fautores schismatis „raskol“ in medio saeculo XVII^o.³

1 cf. Veljaminev-Zernov Issledovanie o Kasimovskich tsariach i tsarevitchach I 320.

2 cf. I. P. Miniaev Svedenia o stranach po verchoviam Amou-Darij Petersb. 1879 p. 217 — 228.

3 cf. Falev: Poslovitsi, pogovorki i primety krymskich tatar, Simferopol 1915 de verbo „cosacus“.

De historia kirgisorum et cosacorum cf. V. Bartold, Otcherk istorii Semiretchia P. 92. 153—170.

De relationibus kirgiz-cosacorum cum russis, cf. A. I. Levshin, Opisanie Kirgiz-kaisatzkich ord i stepei Peters. 1832 et V. Veljaminev-Zernov: Istor. izvestia o kirgiz-kaïsakach i snosheniach Rossii so Srednei Aziei so vremeni konchiny Abul-Chaïr Khana (1748-1765) Ufa 1853.

8. Orenburg fundata est a Russis ut centrum pro studiis Cosacotatarorum. Ibi, anno 1744 fuit incepta schola tataro-kalmyca, ut formarentur traductores in illis linguis. Pro Tataris, Orenburg facta est centrum, unde conati sunt consolidare islamicam religionem in kirgisistepis, ubi nomadi antea erant tantum mahometani nomine. Anno 1740, fuit magna persecutio contra Islam: 11 septembri 1740, edictum est propagare christianismum sine vi, sed simul liberare novos christianos a tributis et a militari servitio. Praescripto senatus die 19 novembris 1742, ordinatum est relinquere mosquaeas tantum in locis, ubi neque Russi neque neo-christiani erant. In gubernio Kazani, anno 1744, ex 536 mosquaeis, 418 destructae sunt. Inde fuit seditio bashkirorum anno 1755, post quam politica imperii russici paululum mutata est.

Tunc prope Orenburg, fundata est Sentovski. ubi aedificata est mosquaea pulcherrima, ubi, usque ad ultima tempora remansit centrum mahometanae scientiae. At contra Catherina Magna fuit favorabilis Islamo; anno 1785 edidit litteras religiosae tolerantiae. Ipsa etiam adiuvit propagationem lamaismi in medio Kalmycorum et Buriatorum.¹

Post illam introductionem, quae enunciat, quibus in conditionibus Russi vixerint in Oriente cum infidelibus, possumus tentare aliqua delineamenta de ipso opere missionum.

Initio russicae occupationis Siberiae, multa monasteria et ecclesiae orthodoxae aedificabantur, pro bono spirituali ipsorum Russorum, quin directe curaretur de salute infidelium.

Statim quando aedificabatur vicus, adstruebatur ecclesia; v. g. Verkhoturie statim post constructionem urbis, habuit suum monasterium Nikholsky 1604. Archimandrita Kyprian, primus metropolita in Siberia, quando venit in Tobolsk, curavit coadunare socios adhuc vivos Yermaci, ut narrentur omnes circumstantiae pugnarum primorum cosacorum in Siberia, et scripsit in necrologio nomina militum defunctorum in bello, ut quotannis eorum memoria fieret in ecclesia. Illi qui fundabant monasteria erant hegumeni ex Russia, quaerentes solitudinem, aut mercatores, ut fierent preces pro salute suarum animarum. Etiam starovieri, in septentrionalibus regionibus, adiuti a cosacis, multa monasteria fundaverunt. Iam in 1690, erant in Siberia 37 monasteria, 160 ecclesiae.

¹ cf. P. Stolpniansky, *Gorod Orenburg*, 1908. — A. Pozdnieev, *K istorii razvitiia buddisma v Zabaikalskom kraie* (Zap. Vost. Otd. I. R. Arch. Obsh. I. 169—188).

MISSIONES IN SIBERIA

Prima missio pro indigenis Siberiae fuit incepta anno 1681 cum 12 monachis ex diversis russicis monasteriis, sub hegumeno monasterii Srietensky, in Tambove, Feodosio. Illa fuit directa in Baïkal; anno 1733, jam fuit finita morte missionariorum. Quanquam metropolita ex Tobolsk, Pavel, consilium dederat orthodoxiam spargere suavitate et persuasione, ipse, in sua residentia agebat omnino aliter, et vim practice faciebat ad infideles convertendos.

Filofeus Lescinsky, nominatus anno 1700 metropolita, fuit quasi civilisator Siberiae. Ipse baptizavit usque ad 40.000 infideles et aedificavit inter eos 37 ecclesias. Ut melius infunderet christianismum inter Ostiacos, sumpsit pueros eorum, ad docendam grammaticam, et eorum peritiores misit in scholam slavo-latinam in Tobolsk; illi Ostiaci educati redierunt postea ad suos parentes.

In altera parte Siberiae, successit activitas missionis in Kamtchatka, ita ut anno 1748, in scholis Kamtchatcis, apertis a missionariis adessent 205 discipuli; anno 1751, missionarius Joasaf Khotunevsky fatebatur necessitatem aedificandi in Kamtchatka scholam superiorem, pro 50 discipulis, in qua doceretur, inter alias disciplinas, et medicina. Anno 1751 omnes Kamtchadales (8000) sanctum baptismum receperunt et elementa doctrinae christianae. Illa missio Kamtchatcensis videtur illa quae melius in tota Siberia successit. Ratio forsitan invenitur in hoc, quod illic non tam agebant praedicatores mahometani aut budhistae qui, in centrali Asia multum impediabant opus Russorum missionariorum. Illi missionarii, lamae aut mullae, multo propinquius erant suis sanctuariis, et multitudo cleri in Thibeto fovebat ingenti numero illorum praedicatorum. E contra, Russi veniebant a longe, nec habebant saepe vocationem ad missiones.

Anno 1901, notabatur majorem partem Tchouvachorum baptizatos esse; religio pagana, modo antiquo, apud eos jam non servatur. Pars antiquarum religiosarum idearum jam in oblivionem venit, pars infusa est in christianas ideas, pars servata est ut reliquiae antiquitatis. Satis est commemorare qualitates suorum deorum Tchouvachos transtulisse in christianos sanctos, in multis locis oblitos esse sacrificia idolis; facile acceperunt cultum Apostolorum Petri et Pauli, archangeli Michaelis, Georgii, Iliae, angelorum custodum, Matris Dei ut auxiliatricis in nascentia

puerorum. Tchouvachus non est bonus christianus: pro ipso, Nicolaus quem vocat Nicolaum-Deum, multo plus significat quam Christus. Tota ejus scientia de elementis fidei limitatur signo crucis; scit secundum fidem russicam, diem festivam esse diem dominicam, prohiberi feriis IV et VI manducare carnes. Iconam appellat „deum anguli“, propter consuetudinem Russorum ponere iconas in angulo cubiculi, eam putat esse aliquod vivens, quod refert sacerdoti omnia peccata Tchouvachi; propterea vertit faciem iconae ad parietem, quando vult peccare, verbi gratia manducare carnes diebus prohibitis.

Mordvae convertebantur in 18^o s., sed violentia conversi longo tempore remanserunt practice pagani: nolebant ferre cruces, verberabant missionarios, et post seditiones dederunt locum vi, et attracti conditionibus materialibus, coacti sunt se submittere. Antiqua fides incepit subsistere in quodam compromisso cum nova, ritus christiani mixti sunt cum paganis, sancti christiani cum deis paganis. Sic „Nicolas-pas“, qui est Nicolas-Deus. Vere, Nicolas identificatur cum Mastyr-pas, deo fecunditatis, hieme cum Nazar-pas, deo frigoris, noctis et lunae; Georgius Victor cum deo terrae et herbae; Joannes Baptista cum deo solis, caeli, luminis, caloris; propheta Ilia, cum deo tonitrus; Flora et Laura cum deis equitatis. Initio 19^o s., fuit attentatio, ex parte unius Mordvae fantastici, resuscitare antiquam fidem; postea, prophetavit quod totus mundus sumet consuetudines, leges et vestes Mordvarum. Ejus religio erat mixtio paganae religionis cum christiana: Christus, Mater Dei, Angeli, rex David, mixti cum quodam mordva deo Perei et Meltsedei filio tonitrus; tempore orationis, prope vase in quo erat mel, stabat icona Nicolai.

Ex sua parte, Mahometani saepe revertebantur ad suam religionem. In periodico Missioner, a. 1876, narratur quod ex 7 parochiis prope Kazan, ubi habitabant Tataři baptizati, in quantitate 2560, in orthodoxia remanebant tantum baptizati unius parochiae. Et dubitatur utrum longo tempore remaneant in orthodoxia; defecerunt ab orthodoxia omnes novo baptizati hujus provinciae; sed jam a longo tempore inceperunt defectionem et antiqui baptizati; ordinarie defectionem faciunt omnes incolae simul unius vici; sic fuit in Aziakov. Factum istud est triste, quia Tataři jam anno 1668 receperunt baptismum.

Et causae exponuntur: illi Tataři baptizati non fuerunt in fide satis instructi. Sacerdotes parochiales non poterant realem influentiam

in eos habere, quia ipsi nullam vocationem missionariam habebant. Mullae non cessabant baptizatos attrahere ad apostasiam. Ex 40.000 Tatarorum baptizatorum, qui sunt in sola Kazanica dioecesi, nunc (1876), apostati officiales jam numerantur 12.000.

Remedia proponebantur; spargere et intensificare instructionem christianismi apud Tataros baptizatos, introducere scholas in omnes eorum vicos, instituere, in dioecesi Kazani, praeparationes missionariorum pro parochiis, ubi degunt noviter baptizati.

Periodicum sic dictum „Pravoslavnoe Obozrenie“ saepe memoranda edidit de missionibus in Siberia, sive in parte sic dicta „Za Baikal“, sive in Irkutska missione, sive in Altaï sive apud Ostiakos et Samoiedas. Dat indicationes sat magni momenti: v. g. anno 1866 Batchatsci Teleuti vivunt in 4 vicis et 4 castris nomadis; aliqui russificati sunt, in uno vico, ita ut jam non memorentur suae linguae. In 4 volostiis Telegutorum, baptizati sunt 2434; ex iis russificati 645; non baptizati autem sunt 534. Instruere oportet, dicit missionarius, indigenas baptizatos, at non russificatos (1789), quia isti servant suas consuetudines Shamanismi, et e contrario, non baptizati inclinati sunt assumere christianismum. Hoc potest probare quod non necessario baptismum ibat cum russificatione; sed tamen quod hi qui fuerant baptizati, sed non russificati, servantes suas consuetudines paganismi, valde difficile intelligebant quid esset christianismus.

Alio in loco, in uluso Ust—Anzas aut Karga, ex 1610 animis paucissimi sunt christiani; ut remedium, proponitur huc mittere inokum (monachus non sacerdos), honestum, sobrium et dulcem, qui posset vivere cum indigenis et acquirere eorum fiduciam exemplo suarum virtutum; etenim, dicit, missionarii transeunt in his locis, 2 aut 3 diebus, faciunt gratificationes, sed indigena putat hoc esse tantum medium ad eum alliciendum, sed non procedere ex corde missionarii. Proponit acquirere aliquam domum pro inoko, hoc loco, postea inokus mittet hieme rationem annuam panis, salis et thaei, et ipse veniret vere; ibi monachus ipse parabit fenestras, faciet argilaeam caminam, et eis dabit gustum sedentariae vitae.

Anno 1869, Archiepiscopus Parfenij dat relationem de Irkutca missione. Relatio sat fide digna, ut videtur; nam non timet abscondere defectus ex parte ipsorum missionariorum. Notat quod, pro 200.00 infidelium, habentur tantum 9 missionarii; et practice unus tantum

hoc anno fuit in activitate. Eorum stipendium est 200, 140 et 120 rublae per annum.

Principalis defectus in successu missionum veniebat ex hoc, quod illae omnes missiones erant erectae et administratae ad instar parochiarum. Sic sacerdos, isolatus in medio aliquando 10.000 infidelium, non poterat habere adjutoria sufficientia ad suum opus perficiendum; animadvertit quod neque miles nec unus civilis administrator unquam invenitur in talibus difficilibus condicionibus; et proponit erigere fraternitates sic dictas bratstva. Jam in regione Zabaïkali, existunt illae fraternitates numero 32.

Illae fraternitates sic constituuntur:

1. unus concionator, officium apostolatus, donum sapientiae repraesentans.

2. catecheta, cum verbo vocationis, ad praeparationem fidentium. Officium instruendi, donum intelligentiae.

3. pastor, ductor illorum qui fuerunt jam instructi: officium directionis.

4. protector, qui curaret de novo-baptizatis et defenderet eos a persecutione. Officium defensoris.

5. Ludimagister in schola.

Illae missiones, oportet fateri, subiciebantur magnis difficultatibus: Ostiacos, v. g. non poterant attingere nisi una vice per annum; cosaci in hoc multum adjuvabant missionarios; melius periti siberianae vitae, scientes loca ubi, terminis datis, indigenae se recolligebant ad permutanda producta suae venationis, ibi construxerunt „ostrogi“, parva castra, ubi faciebant isba pro suo voievoda, aliam pro popo, alteram pro officialibus, postea domum frumentariam, et ecclesiam. Ibi cosaci expectabant nomados ut emerent pelles, et etiam ut solverent tributum. Tunc popi veniebant ut instructionem darent, baptizarent, confessionem reciperent. Sed, extra illa tempora, quid faciebant nomadi? Saepe iconae in terra erant collocatae, et tantum in muro suspendebantur, quando nomadi expectabant visitationem popi.¹

¹ Nonnulla de missionis orthodoxis in Siberia inveniuntur in: Christianskoe Čtenie, Pravoslavnoe obozrenie (1862—1880 .)

Skopcov: Istorija Siberii.

Etiam perpulcrum exemplum episcopi et monachi missionarii in Siberia apud Ljeskov — Na kraju Svieta —

Extra Siberiam, Orthodoxi habuerunt missiones apud infideles in Sina, Japone, Persia. In Sina, Pekin, illa ecclesiastica missio fundata in aedis legationis russicae a Petro Magno, adjuvabat praesertim Russos plus minusve assimilatos qui, ex Albazin praesertim, venerant in Sina. Orthodoxia erat medium ad servandum eorum nationalem characterem. Fere non habuit successus illa missio apud Sinenses.

In Japonio res felicius evenit. Si legatur narratio Archimandriti Sergii qui venit in Tokio in 1890, videtur quod tunc in Tokio erat Cathedralis ecclesia orthodoxa, domus educationis pro feminis ubi erant 80; postea aediculum pro redactione gazettae missionis; erat etiam collegium pro Seminaristis. Illi Seminaristae habebant cursus abbreviatis, v. g. eis non docebatur lingua latina sicut in Russia. Ipsi cursus dabantur in japonica lingua; sed fere omnes manuales erant russici. Insistunt scriptores orthodoxi quod nulla russificatio erat in illa missione; ea tantum ex russica cultura permittebantur quae erant necessaria ad servandum contactum cum ecclesia matre. In Tokio anno 1890, erant 3000 orthodoxi. Quando inter eos apparebat episcopus, ipsi cantabant hymnum russicum „Tsariou nebesnij“, sed in japonica lingua.

Illam missio incepta est ab episcopo Nicolao anno 1860. Ipse fuit verus apostolus. Quando venit, nullus erat orthodoxus in Japonio; tempore eius mortis, erant 32.000. In Osaka, v. g. habent missionem cuius extremitates distant inter se circiter 200 kilom. Multae insulae pertinent ad illam ecclesiam, et sacerdos visitat unumquemque locum, oratorium, qua ter in anno.

Induuntur missionarii veste japonica, quam dicunt tam convenientem personae spirituali. Tempore liturgiae, induunt podriasnik. Tota Liturgia celebratur in japonica lingua. Postquam ipse sacerdos sederit et catecheta venerit implorare eius benedictionem, ipse catecheta incipit concionem. Nec unum festum sine concione peragitur.

Insistunt in hoc, quod ipsi missionarii nihil unquam organizant; sed ubi congregantur homines, si desiderium est orandi Deum, tunc eligitur locus orationis; inde ecclesia et missio. Postea scribunt ad episcopum; ipse respondit, et hoc significat officialem recognitionem illius novae ecclesiae.

Nullam propagandam, nec apologeticam volunt facere; sed tantum, ut dicit archiepiscopus Sergius ex Tokio, apostolatus est positivus:

„Ego sum Christus; crede, si vis“, sine ulla polemica, sine impugnatione ulla contra ipsum buddhismum et shintoïsmum.

Insistit in independentia ecclesiae japonicae orthodoxae a russica.

Missio orthodoxa in Japonio nunquam curavit de russificatione Japonorum orthodoxorum; jam non est nec ullus russicus missionarius; totus clerus jam japonicus est. Ecclesia japonica non est autonoma de jure, sed de facto.¹

CONCLUSIO

Sic possumus iudicium afferre de illis missionibus.

Propter rationes allatas, (dvoevierie, expansio christianismi quae apud Russos ipsos non invenit serias oppositiones...) diu defuit apud Russos incolas verus et clarus contrastus inter fidem christianam et superstitiones paganas; propterea saepissime conversiones factae non erant satis seriosae. Additur quod multi indigenae recipiebant baptismum ducti sive metu, sive spe alicujus allevamenti aut mercedis. Saepe nuper baptizati redibant ad suas paganas consuetudines, aut iconas miscebant cum feticis idolorum, nec poterant, propter suas condiciones vitae, recipere educationem christianam continuam nec sacramenta modo sat frequenti.

Russi non habebant spiritum proselytismi. Nec Mongoli illum habebant, quibus omnes religiones erant pariter bonae, exhibentes magnam tolerantiam in rebus religionis. Educatio pravoslavismi nec augebat spiritum proselytismi; erat religio nimis inclusa in limitibus russici populi, religio quasi nationalis, et erga infideles exhibebatur tanquam medium ad russificationem. Ceterum, Russi, ut multi orientales, intelligebant religionem modo potius contemplativo, quae mentalis dispositio non multum favebat propagationi activae religionis.

In clero russo, non erat spiritus enthusiasmi pro missionibus. Continuo oportebat eos urgere, allicere pinguibus stipendiis; semper in ephemeridibus ecclesiasticis invenitur ille questus.

In genere, habebant ideam valde demissam de opere missionario, quod intelligebant sicut aliquam functionem parum delectabilem pro qua oportebat mediis materialibus animos allicere. Sic judicabant de

¹ Cf. Archimandrit Sergii Na dalnem Vostokie Arzamas 1897 et etiam in Irenikon T. VIII 1931 p. 16: Missions orthodoxes du Japon et de Perse.

missionibus catholicis ; non intellexerunt verum spiritum abnegationis et amoris erga animas, qui ducebat missionarios catholicos in omnes plagas terrae.

C. BOURGEOIS, S. J.

DE STUDIO ECCLESIASTICAE HISTORIAE RUSSICAE

(*Refert Dr. Val. S. Vilinskij, orthodoxus.*)

Sunt qui inter catholicos criticos considerantes theologica opera orthodoxorum sat saepe perveniunt ad iudicium, quosdam theologos Russos adhaerere exclusive auctoribus protestanticis vel sententiis quae essent valde affines doctrinis protestantium.

Philocatholica tendentia minoris numeri russicorum auctorum item salutatur uti simpliciter, plus minusve laudabile (sympaticum) novum.

Apud modernos russicos scriptores inveniunt occidentales referentes saepe vestigia germanicorum pantheisticorum influxuum, cum de facto tale phaenomenon nihil aliud est nisi originalis russica gnostica traditio, quae inde a temporibus Gregorii Scovoroda ortum suum habet.

Item saepissime casus observari possunt, catholicos criticos demonstrare hoc vel illud phaenomenon maioris momenti in vita culta Russorum ortum esse multo prius quam solebant alii praesupponere. Praesertim saepe hoc observari potest quantum ad agnitionem valoris ac determinationem temporis, quo ortus sit russicus „caesareopapismus“ vel „specificus moscovitismus“

Scientia historica apud catholicos satis solide elaboravit periodum antemongolicam historiae eccles. russicae. Posset immo dici, nihil eorum, quae de hoc argumento erat conscriptum, latuisse attentionem Occidentis. E contra existunt in linguis europaeis etiam opera, quae merito desiderantur in literatura russica, v. gr. exemplaris indagatio Baumgartenii de matrimoniis in familia Rjurikovensii.

Quantum ad ceteras periodos russicae historiae, invenimus magis opera occidentalia. Bene illustrata est activitas S. J. in Russia, *periodus Petri Magni*, episodus „*Samozvance*“, tempora magis moderna ac facta ucrainica. — Multum profecerunt *Pierling*, *A. Boudou*, *Grivec* et alii.

Ast hucusque non omnia systematice indagationi subjecta sunt, quae

merentur attentionem historicorum, imprimis exstant *magnae lacunae, quantum ad periodum ab a. 1633–1735*. Etsi haec periodus vel saeculum excitaverit magnam attentionem et possemus numerare seriem solidarum publicationum de „Starověrectvo“, de Križanič, Petro Magno, nec non unam publicationem anglicam de patriarcha Nicone (W Palmer, „The Patriarch and the Tsar“, London 1871.)

Attamen inter haec omnia opera non adest interna cohaerentia, usque ad diem praesentem non inventum est unificans criterium et inde possumus affirmare, scientiam occidentalem fecisse hucusque solummodo quosdam conatus, effectum quidem ultimum promittentes, ast non attingentes. Hucusque non est obtenta orientatio in illo periodo pleno commovente confusione, periodo, quae novam lucem diffundit tum ad tempora ante acta tum ad aetatem ipsi proxime subsequentem.

Cur stricte loquendo extollimus hancce periodum et cur ad libitum ex consideratione removemus hos annos, in quibus continentur tot „paradoxa“ et tot apparentes internae incohaerentiae? Sane jam ipsa determinatio huius periodi 1633–1735 contradicit acceptatae divissioni, quae separat limitibus praecisis aetatem antesynodalem et aetatem subsequentem. Plena cum conscientia hoc facimus, quia de facto non existit maius discrimen eo, quod invenitur inter id, quod aderat ante Petrum I. ac quod factum est primis annis eius regiminis — paulatim praevalentes rationes istius temporis nos movent ad maiorem urgentiam, qua attentionem vellemus convertere praecise ad hanc periodum.

Intra hanc periodum orta sunt quam plurima „dramata“, quam plurimi contactus, catenae traditionis erant abscisae ac introducta quam plurima nova conamina, ita ut studium praecise huius periodi systematicum suppeditaret possibilitatem inveniendi novos aspectus.

Paucis verbis liceat nobis proponere praecipua lineamenta istius periodi ad probandam nostram sententiam.

A. 1633. est mors patriarchae Filareti secuta. Administratio ecclesiae russicae per Filaretium est magni momenti propter duplicem rationem: primo erat eius aetas tempus spiritualis conservativismi, quo tempore Russia commota factis antecedentibus ante introductionem familiae stirpis „Romanovci“, pertinaciter se opponebat influxibus occidentalibus; — secundo ipse patriarcha Filaret erat primus, qui inaugurabat motum pro *idea russici papo — caesarismi*. Erat pater regentis, erat mi-

tis ac affectuosae sentientis indolis, regebat loco filii sui statum manu quasi ferrea ac in sua persona conciliavit elementa regiminis ecclesiae ac potestatis civilis.

Post mortem Filareti utraque dispositio mansit: conservativismus floret, reverentia erga hierarchiam augetur. Attamen in utraque iam continentur scissurae quaedam, superiores classes societatis Russorum iam amittunt paulatim spem in missionem messianicam Russiae, quae infirmata in oculis eorum erat tum invasione alienigenarum a. 1613; tum papocaesarismus ad certa dubia adducitur respectu rectitudinis russicae liturgiae, tum non invenit adiutorium apud satis mediocres successores Filareti, erant sine in fluxu — patr. Josaphat I. (1634—1640) et patr. Joseph (1640—1652). Despectus erga occidentalem civilisationem in popularibus classibus ac devotio erga hanc culturam in altioribus classibus societatis parallelo modo se evolvit: praedicatores reiciunt scientias ac eruditionem, moderatores reipublicae advocant Germanos in servitia russica, quod — gratia concreto modo cogitandi populi russici — ducit omnino ad confusionem idearum. „Si Russia orthodoxa perfecta est, qua orthodoxa, quomodo potest dirigi haereticis instructoribus“ — similis quaestio solet apponi uti finalis cantus librorum, articulorum, protestationum istius periodi.

Gens Romanovcorum — uti traditioni fidelis amica Graecorum, renovavit aliquantis per pristinam aestimationem erga Graecos; saltem non audiebantur voces de graeca haeresi; uti temporibus concilii Florentini vel uti paulo posterius sub regimine Terribilis — quando florebat ideologia caesareopapismi, repraesentata in historia nomine Iosephi Volockij.

Primo medio s. XVII. iterum Moscam fortes influxus orientales vim exercent: a. 1643 est adventus Hierosolymitani patriarchae *Paisii*, qui proclamabat, russicam liturgiam non esse rectam. Arsenius *Suchanov* missus est in Orientem et debuit — etsi invitus — idem affirmare quod Paisius. A meridie advocantur graeco modo orientali Ucraini — *Satanovskij* et *Slavineckij*, qui aperam dant correctioni librorum liturgicarum — quae correctimes sunt quasi pugna contra sententiam de extraordinaria messianica missione Moscae.

Circa a. 60 eiusdem saeculi patr. *Nicon* procurat editionem correctorum librorum et committit pugnam suam de universalitate ecclesiae (catholicitati?), praedicat ideam oecumenicitatis, etsi sat angustae, di-

rectae ad Constantinopolim sed tamen est eius idea oecumenicitatis pura forma. Uti medium ad liberationem Ecclesiae ab extraneis influxibus, praedicat papocaesarismum.

Niconis papocaesarismus est essentialiter alius ac ille Filareti — hic erat in familia, cum ille sit in principiis fundatus.

Concilium a. 1666 excitat haeresim Starověrectva, russicus messianismus desiit esse uti ideologia officialis gubernii, manet tamen uti persuasio populi. Attamen definitivus finis advenit papocaesarismi. *Nicon* victus est. Utique, idem episcopatus, qui assecutus est cladem potentis patriarchae, conatur in concilio defendere eius principia, sed eo tempore homines cogitabant concreto modo et simul cum praedominante persona *Niconis* debuit cadere etiam doctrina et principia eius: inde hoc maximum meritum habuit *Paisius*.

Graecophila tendentia ex cuius sinu prodiit *Nicon*, mansit anceps in via et hoc tantum conabatur, ut defenderet illud, quod concilium a. 1666, assecutum est. Ulterior evolutio erat contraria desideriis graecophilorum — infine practice postulata sua minuebant, quia sistebant rigosam executionem reformationis et admiserunt „compromissum“ — „jedinověrie“ Graecophili retardant evolutionem, cum prius eam adjuvabant — ideo etiam *Križanič* nec minime quidem Moscae intelligebatur.

Ast ex Ucraina venit nova generatio doctorum — hac vice talium, qui studia perfecerant in scholis characteris latini. Sunt orthodoxi, sed formati modo qui accomodatus est etiam Occidenti. Tunc prima vice in Russia influxus exercentur occidentales, praeprius influxus mysticismi ordinis Praedicatorum. Paulo post potest iam *Skovaroda* praedicare doctrinas affines sententiis *Ekhardtii*, *Silesii*, qui influxus gratam inveniet inveniet dispositionem apud *Solôvjev*, *Trubeckoj*, *Bulgakov* et *Karsavinov* — a diversis criticis considerabitur uti quid specificè russicum et occidentales docti viri difficulter tantum invenient in ipso eius originem occidentalem, confundentes eam cum orientali gnosi.

Moscae activitatem suam exercet *Simon Polockij* et pleias eius collaboratorum. Hi Ucraini afferunt Moscam certos reflexus meridionalium russicarum controversiarum, rixarum et pugnarum. Eorum influxus ac mediatione afferebantur Moscam etiam influxus catholici et ita graecophilus partitus paulatim scinditur: pars potior, ducta a patr. *Joa-chim* (1674-1690), manet conservativa vel conjungit se cum starověrec-

tvo, inferior pars format „partitum latinum“ *Polockij* erat tamen nimis prudens, ut posset accusari hereseos, sed incriminatio illa cecidit in caput eius discipuli *Silvestri Medvědevii*. *Medvědev*, educatus in spiritu sententiarum et doctrinae *Polockianae* (scilicet plenus influxus Anselmi de Cantabrigie, Gersonii, Paleotti, Belarminii), defendebat sententiam eandem de momento transubstantiationis in SS. Eucharistia quam tenet Ecclesia catholica, prius etiam orthodoxi. Graeci; fratres *Lishodov* restiterunt *Medvědevio*, declarantes eum uti Jesuitam, et a. 1691 theologus magni ingenii morte multatus est.

Graecophili vicerunt adhuc alia vice; patriarcha *Joachim*, posterius etiam *Adrianus*, conati sunt confirmare conservativismum mediis politicis et religiosis. Attamen status erat contra politicum conservativismum, byrocratia intelligit, ulteriorem elongationem ab Occidente debere causare catastrophales consequentias. Voluntas Status influxum suum extendit etiam in sphaeram religiosam, communis connatus et progressus oprimit etiam ecclesiasticum conservativismum. Incipit aetas reformationum Petri Magni.

Tum occidentalis tum russica scientia magnopere injustitiam fecerant Petro Magno in ponderatione eius religiosae reformationis, restorationis. Indagatores modernae aetatis, praecipue *Platonov*, *Kizevetter*, *Spectorskij* ad oculos demonstraverunt, hac in directione Petrum nihil destruxisse, sed tantum continuasse in eo, quod se prius organice evolvebat. Petrus non potuit introducere caesaropapismum, quia hic iam longo tempore antea receperat sanctionem concilii a. 1666. *Jos. Volockij* erat maxime insignis antesignanus caesaropapismi, subjecti quidem certae ideae religiosae.

Etiam aetate anteriore, jam tempore metropol. *Petri* et *Alexii* potest quis initia *caesareopapisticae ideologiae* invenire, ita — ut non sit possibile Petro omnem culpam attribuere in hac ratione.

Petrus, maxime ad finem vitae suae, non favebat starověrie — conservativisticus conatus semper ab ipso opprimebatur. Inde philocatholicae partitiones ucrainicorum dictorum poterant facile praevalere — ita etiam factum est. In ecclesiastica administratione prae ceteris Ucraini superioritatem obtinuerunt, *magnorussi* uti ex gr. s. *Nitrophanius Varoněžskij* habebant minorem influxum, quam theologi scholae kieviensis. Plures Ucraini erant per aliquod spatium temporis membra ecclesiae catholicae; ut aquirerent eruditionem, acceptabant catholicam fidem,

quandoquidem decisiva erant motiva magis idealia. Et ita factum est, tres maxime eminentes russici hierarchae huius periodi habuerunt certum contactum cum ecclesia latina. *S. Dimitrius Rostovskij* erat persuasus philocatholicus, qui scienter secutus est *Simonem Polockium*: in suis theologicis operibus regebatur exemplaribus occidentalibus et elaborabat russicam theologiam, imprimis hagiographiam et quidem ita, ut esset valde affinis doctrinis catholicis. „Vicetenens sedis patriarchalis“ *Stephanus Javorskij* adhuc ulterius processit; eius „Lapis fidei“ eo usque appropinquavit ad catholicismum, ut revera per longiora tempora esset firmus lapis, in quo secure consisteret aedificium russicae theologiae. *Javorskij*, etsi postea indignatus esset contra reformas Petrinas, tamen semper mansit philocatholicus — erat quodam spatio temporis unitus cum ecclesia catholica et studia faciebat in scholis Societatis Jesu *Leopoli*, *Lublino*, *Vilnae* et *Poznanii*; certe haec educatio ac institutio non parvum influxum fecerat in eius modum cogitandi.

Olim catholicus et discipulus institutorum S. I. erat etiam *Theophanius Prokopovič* — ,eo usque res venit, ut ageretur de eius ingressu in Soc. Jesu. Attamen cum *Javorskij* ex scholis catholicis imbueretur amore ac animo reconciliationis erga „mundum latinum“, *Prokopovič* saeviebat maximo odio contra omne, quod esset catholicum. Libentius se conjungebat cum protestantibus uti *Quenstedt*, *Gerhard*, *Pfeifer* et *Buddee*. Introducit in russicam theologiam accerrimam undam *racionalismi*, in dubium adducit dogmata, quasi irridet cultum s. reliquiarum et simil. Uti notum *Prokopovičum* devicisse *Javorskium* et post mortem Petri occupavit uti defensor reformationum extraordinariam politicam positionem, qua utebatur in favorem suae philoprotestanticae tendentiae. Eius periodus potuit jure meritorie appellari „*aetas protestantici terroris*“ in Russia — adversarios theologiarum sententiarum *Theophanii* juxta ipsius indicia (denuntiationes) prosequabantur custodes publici, eosque graviter puniebant. Tandem inauguratio regiminis a *Elisabetha* et influxus *Razumovski* ad finem perduxit propagationem eius sententiarum, etsi tantum ad tempus, quia philoprotestantica tendentia non radicitus exstirpata erat et russica ecclesia carebat auctoritatis organo, quod posset contra eam insurgere etiam in partibus theologiam spectantibus.

Studium huius maxime agitatae periodi posset afferre quam pluri-

mas novas cognitiones simulque posset indicare tales connexiones inter facta, quae hucusque non sufficienter novimus. Libentissime vellemus indicare, tangere saltem quaedam puncta, quae sunt magni momenti in ulteriore studio russicae historiae ecclesiasticae.

Idea oecumenicae ecclesiae erat semper viva in sinu russici orthodoxismi et quam fortissime se manifestavit in reformis et in papocaesaristicis visionibus patriarchae *Niconis*. Clades *Niconis* impedivit, quominus haec idea ad effectum perduceretur in maioribus dimensionibus — mansit tantum modo via ad propugnandam hanc ideam. Revera, propugnant eam asseclae faventes catholicae orientationi, aliquando res agitur directe de hac idea, aliquando tantum de hac vel illa sententia catholica. Tunc in Russiam transferuntur elementa catholici mysticismi, quae in posterioribus explicationibus in Occidente considerantur uti quid specificè Orientale.

Paulo posteriori tempore, ab aetate *Theophani Prokopovičii* (ante ipsum erat etiam *Nastasja Zima*) apparet contra hanc theologicam tendentiam oppositio vel melius expresse intenta antiactio, protestantico modo colorata. Ab illa aetate existunt ambo motus uti quaedam alae conservativae naturae russicae. Ideo nec russica tendentia philocatholica, nec russicus philoprotstantismus est quid omnino novum, sed factum historice fundatum, quod sub respectu historicae realitatis deberet concipi.

VÝVOJ NÁBOŽENSKÉHO TISKU RUSKÉ EMIGRACE

Dr. Valerij S. Vilinskij.

Náboženské a církevní otázky byly horlivě probírány ruským emigrantským tiskem, a je snad poučné pokusiti se o zachycení nejdůležitějších směrnic a bodů, jež byly formulovány od té doby, co ruská emigrace musela opustiti svou vlast. Nehodláme zde podávati nějaký přehled všeho, co bylo v ruských časopisech napsáno o záležitostech náboženských; vzdáváme se rovněž i souvislého upozorňování na významné články, které by zasluhovaly bedlivější pozornosti západního čtenáře. Podobný úkol je příliš rozsáhlý a vymyká se naprosto z rámce menšího článku. Ten, kdo si přeje blíže se obeznámiti s vývojem rus-

kého náboženského tisku, musí se nezbytně obrátiti k pramenům, především k starším ročníkům emigrantských časopisů — nejdůležitější jejich sbírka je uschována v pražském „Ruském Archivě“ V úvahu by přicházely především „Vozrožděnie“, „Poslednija Novosti“, „Novoje Vremja“, „Rossija“, „Rus“, „Rossija i Slavjanstvo“, „Rul“, „Za Svobodu“, „Russkij Golos“, „Putj“, „Pravoslavnaja mysl“, „Věstník“, „Dvougolavij Orel“, „Jevrazijskij Vremennik“, „Naša žizn“, „Naše Vremja“, „Dni“, a celá řada menších deníků a revue, které měly někdy jen velmi krátkodobé trvání. K charakteristice tisku rusko-katolického bylo by nutno obrátiti se k „Věře i Rodině“, „Katoličeskému Vremenniku“, „Blagověstu“, „Christianinu“, „Kitěži“, částečně též k „Slovu“, vydávanému v Číně. Hojný materiál poskytly by též větší časopisy — kromě „Puti“ a „Věstníka ruského křesťanského studentského hnutí“ a „Voskresnago Čtenija“, věnovaných výhradně otázkám náboženským; největší pozornosti zasluhují časopisy jednotlivých ruských ordinariátů: orgány metr. Jevlogija, metr. Antonija, metr. Dyonise a metr. Jeleferija, časopis pravoslavných Francouzů „La Voix“ a pod. Rovněž i časopisy kulturně-literární, jako na př. „Sovremennaja Zapiski“, „Novyj Grad“ a dokonce i „Volja Rossiji“ udělovaly téměř pravidelně místo věcem náboženským.

Neméně přehledné látky obsahují i cizí, zejména katolické časopisy, které si pravidelně všímaly emigrantského tisku. V první řadě je nutno jmenovati „Irenikon“, „Orientalia Christiana“ (zvlášť musíme upozorniti na svazek „Évêques russes en exil“ — D’Herbigny — Deubner), „Przegląd powszechny“, „Polska“, „Apoštolát sv. Cyrila a Metoděje“, „Kraljevstvo Božje“, „L’Union des Eglises“, „Časopis katolického duchovenstva“, „West östlicher Weg“, do jisté míry také „Theologie und Glaube“ a „Przegląd katolicki“. Knižní edice byly by neméně důležité a rovněž vyžadují pečlivé pozornosti badatele.

V tomto článku však nehodláme se zabývati důkladným popisem všeho, co se vyskytlo za jednotlivých diskusí, úvah a polemik. Jde nám pouze o popis obecných rysů vývoje onoho smýšlení, které projevila ruská emigrace. Pokusíme se nastíniti jednotlivé obměny a fáze tohoto vývoje a přirozeně také obrátíme zvláštní zřetel k tomu, jak se emigrace dívala na poměr církve pravoslavné ke katolictví a k myšlence sjednocení církve.

Celkový vývoj ruského náboženského tisku lze rozdělit na tři fáze:

1. období organisace a předběžné orientace; 2. perioda kvašení, desintegrace a konsolidace ve dvou různých táborech; 3. období pozitivní práce na základě zásad a směrnic, jež byly nalezeny za dvou předcházejících period. Chronologické třídění je ovšem velice relativní, ale jistými přelomnými body, souvisejícími s významnými fakty církevního života, zdála by se nám leta 1923-1924 a 1926-1927. Jinými slovy uvádím zde ve spojení vývoj ruského tisku s církevními událostmi: r. 1923 sešel se v Karlovcích ruský biskupský sněm, který organisoval ruské emigrantské diecése a farnosti; r. 1926 po dlouhých a trapných incidentech vyvrcholil na novém karlovickém sněmu konflikt mezi metr. Jevlogiem a metr. Antonínem. Nepopisujeme podstatu všech těchto událostí, dokumentárně osvětlených v knize d'Herbigny-Deubner „*Évêques russes en exil*“ — omezujeme se pouze na to, že poukazujeme na význam těchto dvou okamžiků nejenom pro církevní dějiny emigrace, nýbrž i pro historii emigrantského tisku. Tedy prvním obdobím byl by čas od počátku emigrace až do let 1923-1924, druhá perioda končí r. 1926-1927. V tomto posledním případě bylo by lze dokonce mluvit o zcela přesném datu 29. června 1926. Avšak okolnost, že po sněmu byly zřejmy snahy ututlati konflikt, a že tisk zachovával jistou rezervu, nutí nás k tomu, abychom i zde nestanovili pevného přelomného bodu, nýbrž omezili se toliko na obecný poukaz, že třetí období začíná v letech 1926-1927.

Náboženský tisk prvního období můžeme pochopiti jedině tehdy, když stále přihlížíme k oněm náladám, jež byly příznačny pro tehdejší emigraci. Představa, že Rusko se vzkřísí, že sovětský režim brzo padne, pojila se se steskem po vlasti a se zájmem o politické — i ty nejmenší — otázky. Ruský episkopát, ovšem rovněž i tisk, který vyjadřoval mínění episkopátu, přidržoval se názoru, že emigrantská pravoslavná veřejnost zastupuje a reprezentuje celou ruskou pravoslavnou církev, která jest zbavena svobody a proto nemůže vystupovati samostatně. Toto stanovisko vedlo ovšem k tomu, že všechny emigrantské polemiky a spory byly velice přeceňovány a přikládal se jim význam téměř celonárodní, ovšem naprosto imaginární. Podobný subjektivní omyl byl opuštěn pouze za druhého období, kdy moskevská církevní správa začala citelně zasahovati do života emigrace.

V souvislosti s představou, že emigranti zastupují ruskou církev, nabyly velké důležitosti otázky organisační — celý tisk se jim horlivě

SOVĚTSKIJ ŽURNAL „VĚSTNIK ZNANIJA“ (N. 23-24) prinosit dovol'noobširnuju statju N. Rozenthala, ozaglavlennuju „Katoličestvo“ Ėta statja javljaetsja popytkoj charakterisovat' katoličestvo s točki zrenija istoričeskago i ekonomičeskago materialisma. Po suščestvu v nej nēt ničego novago, čto ne bylo by užē tysjaču raz perežovano sovětskoj pressoj. Ljubopytno odnako to, čto avtor pytaetsja osvētīt' raznicu meždū katoličestvom i pravoslaviem stoja na pozicii stoprocentnago marksizma. Inymi slovami: ēto dovolno kurjeznaja popytka kosnutjsa unionisma — k sožalēniju avtor liš' slyšal o teologii, no ne imēet o nej počti nikakogo predstavlenija. My uznaem, čto „filioque“ obuslovleno tēm, čto „feodal'noje droblenie Zapada sdělalo neizběžnym rannee proniknovenie v ego religiju politeističeskich elementov (str. 1196)“ Napoleon okazyvaetsja pokrovitelem katolicisma; „fides implicita“ v ponimanii gospodina Rozenthala javljaetsja kakim-to mošenničestvom, prednaznačennym dlja togo čto by pomoč katoličeskim bogoslovam

najti východ iz konflikta nauki i religii. Enciklika „Rerum novarum“ okazyvaet „neocěnimuju uslugu“ buržoasii; sekret moguščestva kato-
licizma obusloven těm, čto cerkov „prisposoblivajetsa k obsluživaniu
novago eksploatorskago klassa buržuazii.“

Sovětskie žurnaly davno dokazali, čto umějut deševo i skoro dosta-
vljat' čitateljam obščedostupnuju i deševuju ideologiju na každyj
slučaj žizni. Statja G. Rozentala javljaetsja klassičeskim priměrom
takoј s pozvolenija skazat' „ideologii“ Dlja nas ona zanjatna tol'ko
svoej naivnoj kurjeznost'ju. V

CONSPECTUS LITTERATURAE THEOLO- GICAE APUD CROATAS

Sequens litteraturae theologicae conspectus apud Croatas catholicos
in Jugoslavia, nec praecisus nec completus esse pretendit. Circum-
stantiae sociales et politicae in statibus novis, statim post bellum fini-
tum non fuerant sine certis difficultatibus, multo minus omni ex parte
favorabiles pro evolutione nec non incremento quodam litterario et
culturali.

Nihilominus inde ab anno 1922 id est ab anno foundationis *Acade-
miae theologicae croaticae* (Zagreb) progressus quidam systematicus in
productione litteraria theologica sine dubio statui potest.

- I. EX OPERIBUS, quae in lucem prodierunt, en conspectus brevis
Alfirević Ante: Teozofija i krščanstvo, Zagreb 1927.
– Starokatolici i Štrossmayer, Zgb 1925.
Balić fra J.: Joannis de Polliaco et Joannis de Napoli quaestiones dis-
putatae de B. V. Maria, Makarska 1931.
Bakšić dr. S.: Papina nepogrešivost, Zgb 1925.
– Vjerske sekte u našim krajevina, Zgb 1926.
– Tko su adventisti i što uče? Zgb 1930.
Barac dr. Fran.: Katolička dogmatika, Zgb 1928.
Barada dr. Miho: „Episcopus chroatensis“, Zgb 1931.
Blažević dr. Ivo: Obrana vjere, Zgb 1929.
Bulić dr. Frane: Sv. Venencije, biskup solinski i mučenik duvanjski,
Zgb 1928.

- Bulić-Karaman*: Palača cara Dioklecijana u Splitu, Zgb 1928.
- Bulić-Katić*: Stopama hrvatskih narodnih vladara, Zgb 1929.
- Bošković dr. H.*: Problem spoznaje, Zgb 1931.
- Butorac Pavao*: Politički i gospodarski liberalizam i krsćanstvo, Mostar 1925.
- Curinaldi J. D. I.*: Priručnik parbenog postupka kod crkvenih ženidbenih sudova, Split 1930.
- Deželić dr. V.*: Isusovci u Hrvatskoj. Prilog kulturnoj povijesti grada Zagreba, Zgb 1930.
- Eterović fra K.*: Sloboda nastave i državni monopol škola, Mostar 1924.
- Fra Andrija Kačić na temelju novih istraživanja, Dubrovnik 1926.
- Fra Filip Grabovac, Split 1927.
- Gudek dr. D.*: Kateheze I., II., III. dio Zgb 1926-1930.
- Guberina dr. A.*: De conceptu petrae Ecclesiae in ecclesiologia byzantina, Zgb 1930.
- Nacionalizam i katolicizam sv. Cirila i Metoda, Zgb 1928.
- Katolička Crkva, Sarajevo 1929.
- Grgec Peter*: Meksički mučenici, Zgb 1928.
- Gunčević dr. Josip*: Silab i moderne zablude, Mostar 1927.
- Indeks zabranjenih knjiga, Mostar 1927.
- Pijo XI., život i djela, Zgb 1930.
- Harapin dr. T.*: Razum i vjera, Mostar 1923.
- Hefler Ferdo*: Metodika religijske nastave i odgoja III. izdanje, Zgb 1931
- Jakovljević fra M.*: Gdje je istina? Sarajevo 1927.
- Jurić A. D.*: Sveci i blaženici družbe Isusove, Zgb 1930.
- Jeličić dr. V.*: Kanonsko ženidbeno pravo, Sarajevo 1930.
- Jelenić dr. Julijan*: Pravopisna rasprava između dr. Tome Koščaka i dr. Grge Čevapovića, Zgb 1930.
- Povijest Hristove crkve I., II., III. svez., Zgb 1924-1930.
- Latinske škole Bosne Srebreničke, Zgb 1930.
- Kocijanić Juraj*: Pogledi u kulturnu povijest hrvatskog naroda, Zgb 1924.
- Pape i hrvatski narod, Zgb 1927.
- Kulunčić M. D. I.*: Život Isusa Krista, I., II., III., IV knjige, Zagreb i Split 1926-1930.
- Kniewald dr. D.*: Katolički djak, Katolička učenica, Zgb 1926.

- Kniewald dr. D.*: Rimski misal, Zgb 1930.
- Pastirsko bogoslovlje, Zgb 1930.
- Katić Lovre*: Borba Grgura ninskog sa splitskim nadbiskupom, Split 1929.
- Na vratima hrvatske povijesti, Zgb 1930.
- Krajinović dr. E.*: Velik Turban, pod njim hodže nema! Sarajevo 1930.
- Lamot Mijo*: Zabilježbe iz moje pastirske službe, Kutina 1931.
- Lanović dr. Mihajlo*: Konkordat Jugoslavije s Vatikanom, Beograd 1928.
- Vjerozakonske zaklade, Zgb 1927.
- Lasman Fr.*: Povijest crkve Kristove, III. izdanje, Zgb 1925.
- Povijest i metodika vjerske obuke, Zgb 1929.
- Lončar dr. P.*: Crkva i škola, Zgb 1926.
- Marić dr. Josip*: Cyrilli Alexandrini formula christologica, Zgb 1926.
- Mandić dr. D.*: De legislatione antiqua O. F. M., Mostar 1923.
- Merz dr. Ivan*: Katolička Akcija, Šibenik 1927.
- Mrkun Antun*: Kršćanska karitas, Zgb 1925.
- Markulin dr. S.*: Dr. Josip Lang, biskup, Zgb 1925.
- Marković dr. Z.*: Ideologija katoličke akcije, Djakovo 1927.
- Novak dr. V* Dr. Franjo Rački u govorima i raspravama. Beograd 1925.
- Oberški dr. J.*: Strossmayerovi govori na vaticanskom koncilu, Zgb 1929.
- Osnovi kršćanske vjere, Zgb 1931.
- Pulišić dr. V.*: Poslanice, omilije i opomene, Split 1930.
- Ritig dr. S.*: Reorganizacija dušobrižništva u Zagrebu, Zgb 1929.
- Majka Božja u Kamenitim vratima, Zgb 1931.
- Spiletak dr. A.*: Biskup J. J. Strossmayer na vaticanskom saboru, Zgb 1929.
- Papa Pijo XI., Zgb 1930.
- Szabo Djuro*: Umjetnost u našim ladanjskim crkvama, Zgb 1929.
- Sakać dr. Stj.*: Ugovor pape Agatona i Hrvata proti navalnom ratu, Zgb 1931.
- Štuk Niko*: Alternativa o Kristu ili pravi pojam o njegovoj ličnosti, Dubrovnik 1924.
- Špoljar Ante*: Presveta eucharistija, Zgb 1925.
- Izabrani listovi sv. Franje Saleskoga, Bjelovar 1922.

- Šišić dr. Ferdo*: Korespondencija Rački-Strossmayer, I., II., III. knjiga, Zgb 1928-30.
- Šimrak dr. J.*: De relationibus Slavorum meridionalium cum S. Sede Apostolica saeculo 17. et 18., Zgb 1917.
- Crkvena unija u sjevernoj Dalmaciji, Šibenik 1929.
- Šegvić prof. K.*: Toma Splićanin, državnik i pisac, Zgb 1917.
- Borba za hrvatsko bogoslužje i Grgur Ninski, Zgb 1930.
- Šanc dr. Fr.*: Sententia Aristoteles de compositione corporum, Zgb 1928.
- Talija fra Urban*: Neumrlost duše u poviesti i umovajnu čovječanstva, Dubrovnik 1926.
- Lijek duševnim bolima, Split 1929.
- Vanino dr. M. D. I.*: Povijest filozofijske i teologijske nastave u isusovačkoj akademiji u Zagrebu, Zgb 1929.
- Povijest katoličke Crkve, II. izdanje, Zgb 1930.
- Illyricum sacrum i Filip Riceputti, Zgb 1931.
- Vimer dr. R.*: Isus Krist I. i II. dio, Zgb 1926-27.
- Vlašić fra Petar*: Čudesa Isusova u prošlosti i sadašnjosti, Beograd 1927.
- Hrvati u Rumunjskoj, Beograd 1928.
- Psalmi Davidovi, I. – IV knj. Dubrovnik.
- Zagoda dr. Fr.*: Sv. pismo novog zavjeta. Zgb 1925.
- Zjalic Milan*: Crkvena muzika, Zgb 1925.
- Zimmermann dr. S.*: Opća noetika, Beograd 1926.
- Psihologija za srednja učilišta, Zgb 1927.
- Historijski razvitak filozofije u Hrvatskoj, Zgb 1928.
- Živković dr. A.*: Problem etičke kulture, Mostar 1927.
- Naša crkva i naša inteligencija, Mostar 1928.
- Jedinstvo kršćanske kulture, Zgb 1929.
- Ispovijesti sv. Augustina, Zgb 1930.
- Enciklike pape Pija XI. za moralno-socijalni preporod društva, Zgb 1931.

II. PERIODICA, in quibus dissertationes theologicae publicantur sunt sequentia:

- Bogoslovska smotra*, ann. XX., Zagreb.
- Croatia sacra*, ann. III., Zagreb.
- Vrhbosna*, ann. XLV., Sarajevo.
- Život*, ann. XII., Zagreb.

Nova revija, ann. IX., Makarska

Franjevački vijesnik, ann. VIII., Sarajevo.

Glasnik biskupija bosanske i srijemske, ann. XLIX., Djakovo.

Prof. univ. DR. A. ŽIVKOVIČ

OPERA CATHOLICAM DOCTRINAM SOCIALEM PERTRACTANTIA, LINGUA BOHEMICA INDE AB ANNO 1913 PUBLICATA

Omnia opera, quae catholicam doctrinam socialem pertractant et usque ad annum 1913 inclusive apparuerunt, enumerantur – tum ea, quae sunt maioris amplitudinis tum ea, quae sunt minoris; tum ea, quae in forma articuli in ephemeridibus diversis sunt publicata, tum ea, quae in forma libri vel libelli – in opere optimo Dr. Ant. Podlaha, *Bibliografie české katolické literatury náboženské*, 5 vol., v Praze 1912 – 1923, pag. 755 – 928. Ex omnibus operibus huius periodi speciali mentione est dignus liber professoris Iuris canonici et sociologiae christianae in facultate theologica Pragensi Dr. A. Soldát, *Nástin základův a všeobecných zásad společensko-hospodářských*, (Delineatio fundamentorum et principiorum generalium oeconomiae socialis), v Praze 1913, in quo opere auctor praesertim doctrinam H. Pesch, *Lehrbuch der Nationalökonomie*, I. Bd., sequitur.

A. 1914 prodiit opus professoris sociologiae christianae in seminario dioecesis Regino-hradecensis dr. Fr. Reyl, *Jádro křesťanské sociologie* (Nucleus sociologiae christianae), v Hradci Králové, in quo opere fundamentalia principia doctrinae socialis catholicae explicantur et theoriae eam oppugnantes examinantur.

Tempore belli 1914–1918 omnia devastantis doctrina socialis faciliter evolvi non potuit. Duo opera notanda hoc tempore prodierunt: Dr. A. Soldát, *O válce po právu přirozeném a mezinárodním* (De bello secundum jus naturale et internationale), v Praze 1915, et Bohumil Stašek, *Papež a právo mezinárodní* (Summus pontifex et jus internationale), v Praze 1917.

Bello finito professor dr. Fr. Reyl, qui interea senator Reipublicae Čechoslovacae erat electus, quo munere usque ad hoc tempus fungitur,

functione sua politica ad quaestiones sociales practice solvendas premebantur, ideoque librum scripsit, qui problemata theoretica non quidem negligit, sed potius qua fundamentum pro praxi inservire vult: *Sociologie v politice* (Sociologia in arte politica), v Praze 1924.

Interea ministerium reipublicae Čechoslovacae pro scholis et cultura populari, resolutione Parlamenti fultum, cathedram specialem pro doctrina sociali tradenda in facultate theologica Olomucii creavit, et dr. Fridericus Vašek, professor huius disciplinae a. 1926 est nominatus. Hic auctor complures libros quaestiones sociales pertractantes scripsit: *Moderní člověk* (Homo modernus), Olomouc 1919, in quo libro una pars „psychologiam“ proletariorum et „capitalistarum“ describit. Liber secundus eiusdem auctoris est *Rodina dvacátého století* (Familia saeculi vigesimi), Olomouc 1924, in quo omnes quaestiones graves, familiam hodiernam attingentes, methodo scientifico pertractantur. Idem valet de eius libro „*Z problémů dnešní společnosti*“ (Difficultates quaedam societatis hodiernae) (e. g. relatio individui ad societatem, auctoritas in societate, aequalitas socialis, nationalismus — internationalismus, pugna classium, revolutio, relationes internationales — bellum), Olomouc 1926. Tantum aderat desiderium cognoscendi doctrinam sanam sociale Ecclesiae, ut omnia ista tria opera brevi tempore exhaurirentur. — Nunc publicat idem auctor compendium tripartitum „*Křesťanská sociologie*“ (Sociologia christiana), cuius pars III. (*Sociální práce*, technologia actionis socialis et actionis catholicae, 1929) et pars II. (*Spravedlnost v životě hospodářském*, iustitia in vita oeconomica, 1931) jam prodierunt, pars I, pertractans quaestiones stricto sensu sociales, brevi tempore prodibit. Ut doctrina litterarum encyclicarum Quadragesimo anno facilius et latius diffunderetur, idem auctor brevem syllabum „*Cesta k sociální spravedlnosti*“ (Viae ad iustitiam sociale realizandam) composuit, Olomouc 1931.

Monographias satis amplas scripserunt P. Bern. Skácel, O. P., *Politika podle zásad katolických* (Ars politica secundum normas catholicas), Praha 1926 et professor Dr. Fridericus Augustin, *Pokles natality u kulturních národů* (Degressus natalitatis apud nationes culturam provec-tiorem habentes), Praha 1928.

Abbas regularium Augustinianorum Brunae P. Franciscus Bařina librum popularem publicavit *Mosaikový obraz sociální soustavy* (Imago mosaica systematis socialis), Brno 1929. — Valde divulgabatur opus-

culum propagatorium et popolare B. Stašek, *Program a zásady Československé strany lidové* (Programma et directivae fractionis popularis Čechoslovacae), Praha 1920.

Opuscula minoris amplitudinis, conscripta alia methodo scientifico alia populari, inde ab anno 1914, sunt: Msgre Dr. Aug. Štancl, *Kapitalismus*, Hradec Králové 1923; Jos. Hronek, *Dnešní směry socialismu* (Diversae tendentiae socialismi hodierni, Hradec Králové 1923; Dr. K. Svoboda, *Sociální péče obecní* (Cura socialis a municipiis exercenda), Praha 1923; J. Scheinost, *Kulturní politika obcí* (Actio politica municipiorum, culturam respiciens), Praha 1923; professor dr. Jos. Kratochvíl, *Základní směrnice křesťanské nauky sociální* (Principia fundamentalia christianae doctrinae socialis), Praha 1931.

Periodicae (revue), doctrinam socialem methodo scientifico proponentes, erant *Sociální rozhledy*, quae annis 1924—1930, quater per annum, publicabantur, directore Dr. Friderico Vašek. Modo populari pertractantur quaestiones sociales in foliis professionalibus, e. g. *Zaměstnanec* (Brno), *Náš věk* (Praha) etc., porro in ephemeridibus politicis *Lidové listy* (Praha), *Našinec* (Olomouc), *Den* (Brno), *Budoucnost* (Brno).

Prof. univ. DR. FRID. VAŠEK.

L' ACADÉНИЕ DE VELEHRAD

s'est décidée à publier la traduction tchèque de la Bible complète la plus ancienne. C'est la

BIBLE D'OLOMOUC DE L'ANNÉE 1417

La Bible d'Olomouc, en deux volumes en date de 1417, avec le texte le plus complet et le plus ancien de la première rédaction de la traduction de la Bible vieux-tchèque, est un grand codex en in-folio. Il a 579 feuillets de parchemin.

C'est aussi la traduction de la Bible vieux-tchèque la mieux conservée. C'est un glorieux document du passé qui jusqu'ici n'a pas été publié. C'est à la fois la traduction slave de la Bible complète la plus ancienne. L'exploration d'un matériel scientifique très vaste deviendra accessible par notre édition, qui sera recherchée par les philologues slaves de même que par les théologiens. L'édition de la Bible d'Olomouc est aussi pour sa forme extérieure une entreprise bibliophile de première valeur.

M. Dr. Joseph Vašica, professeur de l'université, a été chargé de la rédaction de cette oeuvre. L'impression sera faite par la Česká grafická Unie à Prague (L'union typographique tchèque de Prague) par la phototypie en dimensions originales de 50·8 cm sur 36·8 cm. Il sera tiré 220 exemplaires (30 exemplaires à part sur handmade papier Van Gelder Holland à un prix plus haut), tous numérotés. L'ouvrage tout entier sera publié successivement en six fascicules comprenant, autant que possible, une partie délimitée de la Bible d'à peu près 200 pages. Trois fascicules feront un volume. L'Académie se charge de procurer, sur la demande des souscripteurs, la reliure qui sera une imitation de celle du manuscrit. En dehors du texte reproduit M. Dr. J. Vašica publiera un fascicule d'introduction avec une analyse critique du texte biblique vieux-tchèque de la première rédaction, des spécimens d'autres manuscrits, des reproductions de miniatures en couleur, et de nombreuses variantes.

LE PREMIER FASCICULE DE 182 PAGES EN IN-FOLIO, CONTENANT LE PENTATEUQUE TOUT ENTIER, PARAITRA EN SEPTEMBRE 1932. LE PRIX DE CE FASCICULE BROCHÉ, LES FRAIS DE POSTE Y COMPRIS, EST FIXÉ à DOL. AM. 28·50 POUR LES SOUSCRIPTEURS DE L'ÉTRANGER. LA SOUSCRIPTION EST OUVERTE JUSQU'À LA FIN D'AOUT 1932. CE TERME PASSÉ, LE PRIX S'ÉLEVERA à DOL. AM. 35·—

Acta Academiae Velehradensis

Tomus XII.

A. D. 1934.

Fasc. 3/4.

REDACTIO: OLOMOUC, SALESIANUM, RČS.

Num. ord. 835.

IMPRIMATUR

Olomucii, 14. X. 1932.

† LEOPOLDUS, archiepiscopus Olomucen.

DE THEOLOGIA NICETAE MARONENSIS CIRCA PROCESSIONEM SPIRITUS SANCTI

M. Jugie.

Nicetas, ex Maronea oriundus, qui sub Manuele Comneno (1143-1180) Thessalonicae metropolitanam sedem aliquamdiu tenuit, de processione Spiritus Sancti sex conscripsit dialogos, ubi Latinus unus et Graecus alter, sed semper ex solis fontibus graecis, argumenta pro utraque doctrina, latina scilicet et byzantina, vicissim proferunt et in eandem sententiam tandem conveniunt.¹

Nicetas veram Patrum graecorum doctrinam de Trinitate clare perspexit plenamque significationem formulae *a Patre per Filium* luculente aperuit. Primum quidem ostendit quomodo Spiritus Sanctus a Patre quidem *mediate*, a Filio vero *immediate* procedat, quamvis non sint re duae processiones, sed una et eadem processio in Patre et Filio simul perfecta et aequalis:

„Minime duplicem dicimus processionem, ait Latinus, sed unam eandemque et simplicem, quum et Spiritus simplex sit, utpote Deus; nulla namque in Deo duplicitas est vel compositio. Neque enim quia ex duobus, ideo processio duplex, sed quia simplex est Spiritus, ideo

¹ Horum dialogorum primum habes integrum in P. G., t. CXXXIX, col. 169-202, cum quibusdam excerptis caeterorum, col. 202-222; secundum tertium, et quartum cum versione latina in commentario Bessarione (an. 1912-1915, passim); omnes in cod. Vaticano 1115, saec. XIV, qui ad Demetrium Cydonem pertinuit. Totius operis argumentum breviter contrahit auctor ipse in prooemio, P. G., loc. cit., col. 169-172.

processio simplex, eadem aliam atque aliam in eodem habens relationem, mediata quidem existens quatenus ex Patre est, immediata vero quatenus ex Filio. Quemadmodum enim luminis in aere effusio ex sole et ex solis radiis prodiens, et immediate quidem ex radiis, mediate vero ex sole, videlicet per radios, tamen neque ipsa duplicitatem quamdam habet secundum suam existentiam, quum lumen in aere simplex sit et compositionis expers .; neque etiam ipsius progressio duplex est, licet duo sint ex quibus progrediatur, sol nimirum et radius: ita et processio ex Patre atque ex Filio simplex est secundum seipsam, licet duae personae sint, ex quibus processio fiat Absurdum non est enti simplici duas inesse proprietates; nam et Pater est tum pater tum spirator, et nulla in ipso compositio. Praeterea mediatum et immediatum relationes quaedam sunt; diversa vero relatio non importat compositionem Ex Patre Filius, et ex Filio Spiritus, ideoque et ex Patre Spiritus, ita ut eadem processio immediate quidem sit ex Filio, mediate vero ex Patre; *mediate* vero dico, non quasi tempus sit quoddam intermedium – neque enim Pater prius generat Filium, postea vero per Filium Spiritum emittit – verum quia Pater, Filium generans, per eum quoque emittit Spiritum et non sine Filio Spiritus emissio perficitur Caeterum Spiritus processio perfecta est ab utraque parte, sive ex ambobus eam dicas, sive a Patre per Filium, quia est ex perfectis et perfecte.“¹

Haec Nicetas in *Dialogo primo*. In *Dialogo secundo* insistit in ordine personarum divinarum, qui non est extrinsecus et accidentalis, sed intimus et in natura divina ipsa fundatus. Praeterea, ostendit Patrem et Filium unum esse Spiritus principium variaque Photii sophismata evertit:

„Non duo principia dicimus, ait Latinus, quoniam ex ambobus

¹ P. G., t. CXXXIX, col. 191, 193 C, 196 D, 197: „Πρῶτον μὲν οὐ διπλὴν φάμεν τὴν ἐκπορεύσιν, ἀλλὰ μίαν καὶ τὴν αὐτὴν καὶ ἀπλὴν, καὶ ἀπλοῦ ὄντος τοῦ Πνεύματος ὡς Θεοῦ· οὐδεμία γὰρ ἐν Θεῷ διπλόη ἢ σύνθεσις. Οὐ γὰρ διότι ἐκ δυοῖν, διὰ τοῦτο διπλὴ, ἀλλὰ διότι ἀπλοῦν, διὰ τοῦτο ἀπλὴ, ἢ αὐτὴ ἄλλην καὶ ἄλλην ἐν ταύτῃ τὴν σχέσιν ἔχουσα καὶ οὐσα ἕμμεσος μὲν ὡς ἐκ τοῦ Πατρὸς, ἕμμεσος δὲ ὡς ἐκ τοῦ Υἱοῦ.“ Col. 191 B C. — „Τὸ Πνεῦμα ἐκ τοῦ Πατρὸς ἐκπορευόμενον καὶ ἐκ τοῦ Υἱοῦ ὡς διὰ τοῦ Υἱοῦ ἐκπορεύεται, ἀλλὰ καὶ ἐκ τοῦ Πατρὸς, ὡς ἐκ τοῦ Υἱοῦ ἀμέσως ἐκπορευόμενον τοῦ γεννωμένου ἐκ τοῦ Πατρὸς ἐκπορεύεσθαι λέγεται.“ Col. 197 B.

unum dicentes, iterum alterum ad alterum referimus, ut et ita unum sit principium duorum. Si enim diceret aliquis ex duobus quibusdam unum procedere, quorum neuter ex altero esset, tunc omnino duo inducerentur principia. Sed quoniam, duorum ex uno procedentium, alterius processus immediatus est, alterius vero mediatum, etiam sic unum principium est. Ut vero etiam in exemplo appareat sententiae nihil inesse absurdum, etsi nullum proprium habemus, sumatur rex, dux et miles; vel, si mavis, Adam, Eva, Seth. . . Seth tanquam ad principia refertur ad Adam et Evam; ex ambobus quippe est; sed quoniam Eva, cum sit ex Adam, refertur et ipsa ad Adam tanquam ad principium, idcirco non duo principia, sed unum. Tu vero ne mihi exempla corripas propter dissimilia, sed propter similia accipe.“¹

Eandem veritatem in *Dialogo tertio* luculentius explicat Latinus:

„Sicut in rerum creatione principium et principium et principium sunt Pater et Filius et Spiritus, sed unum omnium principium, ita etiam in Spiritus processione principium Pater, principium et Filius, sed unum principium. Differentia autem haec est, quod res creatae posterius ex nihilo ad esse vocatae sunt, Spiritus autem semper cum Patre et Filio est et semper cum utrisque effulget tanquam ex utroque, hoc est ex Patre per Filium procedit.“²

Graeco objicienti ex processione Spiritus Sancti a Filio sequi Spiritum esse Patre et Filio inferiorem et aliquo pacto depressum, quatenus scilicet Pater habet tres proprietates hypostaticas, ut ingenuus, genitor et spirator (= *προβολεύς*); Filius autem duas, ut genitus et spirator; Spiritus vero unam tantum, ut procedens, respondet primum Latinus inaequalitatem quae est secundum proprietates hypostaticas,

¹ N. Festa, *Niceta di Maronea e i suoi dialoghi sulla processione dello Spirito Santo*, in *Bessarione*, ser. III, t. IX (1912), p. 99 et 279: „Ἀλλ'ὅν δύο ἀρχάς, ὃ οὗτος, φαμέν, ἐπεὶ ἐξ ἀμφοῖν τὸ ἐν λέγοντες, πάλιν τῶν δύο τὸ ἕτερον εἰς τὸ ἕτερον ἀναφέρομεν, ὥς μίαν καὶ οὕτως ἀρχὴν εἶναι τῶν δύο τὸ ἐν. Εἰ μὲν γὰρ ἔλεγέ τις ἐκ δύο τινῶν τὸ ἐν ἐκπορεύεσθαι, ὣν οὐδέτερον ἦν ἐκ θατέρου, τότε πάντως δύο ἀρχαὶ παρεισάγοντο· ἐπεὶ δὲ τῶν δύο ἐκ τοῦ ἐνὸς προερχομένων, ἡ πρόοδος τοῦ μὲν ἐστὶν ἄμεσος, τοῦ δὲ ἔμμεσος, μία καὶ οὕτως ἀρχή.“

² N. Festa, *op. cit.*, *Bessarione*, 1913, p. 302; 1914, p. 56: „Ὡς οὖν ἐπὶ τῆς τῶν κτισμάτων δημιουργίας ἀρχὴ καὶ ἀρχὴ καὶ ἀρχὴ ὁ Πατὴρ καὶ ὁ Υἱὸς καὶ τὸ Πνεῦμα, ἀλλὰ μία ἀρχὴ πάντων οὕτω καὶ ἐπὶ τῆς τοῦ Πνεύματος ἐκπορεύσεως ἀρχὴ ὁ Πατὴρ, ἀρχὴ καὶ ὁ Υἱὸς, ἀλλὰ μία ἀρχή.“

seu secundum quod una persona est causa alterius, non inducere inaequalitatem secundum essentiam, sed esse quid circa essentiam vel personam consideratum; quod realem inaequalitatem non importat;¹ postea et haec subdit:

„Quoad autem numerum proprietatum, nostra sententia, nulla ex tribus personis plus habet aut minus quam caeterae. Pater enim et genitor et productor (προβολεύς); Filius autem et genitus et projector (προβλήτωρ); Spiritus vero et procedens (ἐκπορευτόν) mediate a Patre, quia per Filium, et procedens immediate a Filio, quia non per alium. Nam si *procedens* dupliciter accipiatur, mediate scilicet et immediate, proinde fit duplex, et ita unaquaeque binas proprietates habere invenitur, et nulla majus aliquid, nisi quod unaquaeque persona unam habet proprietatem a caeteris duabus illam distinguentem, alteram vero, quam cum una personarum communem habet, cum altera vero minime. Quid est quod dico? Pater et genitor et productor est; sed qua genitor, a Filio et Spiritu distinguitur; qua vero productor, commune hoc habet cum Filio, a Spiritu autem distinguitur. Filius, cum et a Patre sit et productor, qua est a Patre, commune hoc habet cum Spiritu; qua vero projector est, a Spiritu distinguitur. Et similiter Spiritus. Quod si Pater, praeterquam quod genitor et productor est, etiam *ingenitus* dicitur, at *innascibilitas* (τὸ ἀγέννητον) non est vera proprietas; nam vera proprietas est quae positionem rei cujusquam, non negationem significat. Secundum igitur proprietatum differentiam, singulae personae binas habent relationes, scilicet alterutram ad alterutram caeterarum. Patre ergo duas relationes habente, alteram ad Filium ut patre, alteram ad Spiritum ut productore; oportebat et utramque reliquarum pares habere relationes, Filium scilicet alteram ad Patrem, alteram ad Spiritum; Spiritum autem alteram ad Patrem, alteram ad Filium. Et praeter has, nullam aliam relationem invenire est in quavis trium personarum ad reliquas. Unde Pater dicitur Filii pater et Spiritus productor. Spiritus dicitur Dei et Patris spiritus et Filii spiritus. Ergo et Filius, Patris quidem filius, Spiritus Sancti vero omnino est aliquid, productor scilicet. Si igitur Spiritus, cum ad Patrem dicitur, spiritus dicitur Dei et

¹ Bessarione, 1912, p. 97 et 277: „Ἰδιότης δὲ τὸ αἴτιον, οὐκ οὐσία ἀλλὰ περὶ οὐσίαν ἢ ὑπόστασιν θεωρούμενον. Λοιπὸν οὐκ ἄτοπον τὸ μεῖζον καθ' ἡμᾶς οὐ κατὰ τὴν οὐσίαν, ἀλλὰ κατὰ τὰς ὑποστατικὰς ιδιότητας ἀποδίδοσθαι τῷ μὲν Πατρὶ πρὸς τὸν Υἱόν, τῷ δὲ Υἱῷ πρὸς τὸ Πνεῦμα.“

Patris, cum vero ad Filium, non diceretur spiritus Filii, sed aliquid aliud, probabile utique argumentum haberes, ut eadem ratione Patrem quidem Spiritus productorem diceres, Filium vero non productorem, sed aliquid aliud. Nunc vero, si Spiritus est tum Dei et Patris spiritus tum et Filii spiritus, sicut Pater dicitur productus Spiritus, Filius etiam Spiritus productus dicendus. Nam si verba *pater* et *filius* et *spiritus* relationes ad invicem significant, sicut Pater Filii pater et non alterius alicujus dicitur pater, et Filius Patris filius, et non alterius alicujus dicitur filius, ita et Spiritus; et cujus Spiritus Sanctus est spiritus, ille est productus Spiritus. Sicut igitur Patris spiritus est Spiritus Sanctus, non tanquam Patris (aliter enim Spiritus esset filius), sed tanquam productoris, ita, cum Filii quoque sit spiritus, Filium quoque habebit productorem. Est igitur Pater pater et productus Filii et Spiritus Sancti; Filius autem filius et productus, Patris illud, hoc Spiritus Sancti; Spiritus vero procedens a Patre mediate, quia per Filium, et procedens a Filio immediate quia non per alium quemquam, ne trinitas fiat quaternitas. Itaque nulla ex tribus personis habet ad caeteras, ne in his quidem, aliquid majus vel minus.

„Si vero dicas: „At Pater non genitor tantum, sed etiam „productus et ingenuus“; primum negabam proprietatem esse illud *ingenuum*; ingenuum enim non positionem, sed negationem significat; deinde illud *ingenuum* Spiritui quoque tribuendum! Spiritus enim etiam ingenuus est. Dicas itaque quod etiam *non procedens* (τὸ μὴ ἐκπορευτόν) est Patris, idemque iterum Filii, *procedens* autem (τὸ ἐκπορευτόν) unius est Spiritus. Itaque communes sint negationes differentiarum particularium, et sicut *ingenuum esse* Patris et Spiritus sit – Filius enim genitus – ; ita *non procedens esse*, Patris et Filii – Spiritus enim procedens; et *ab aliquo esse* tanquam ex genuino et substantiali principio, rursus Filii et Spiritus; Pater enim non ab aliquo; ut ne in his quidem defectus ulli ex tribus vel excessus esse possit.“¹

¹ *Ibid.*, p. 97-98 et 277-278: „Ὁ Πατήρ καὶ γεννήτωρ καὶ προβλήτωρ ἐστίν, ἀλλὰ καθὼς μὲν γεννήτωρ, διακρίνεται καὶ τοῦ Υἱοῦ καὶ τοῦ Πνεύματος· καθὼς δὲ προβλήτωρ, ἐπικοινωνεῖ μὲν τῷ Υἱῷ, τοῦ δὲ Πνεύματος διακρίνεται· ὁ Υἱὸς τὸ εἶναι ἐκ τοῦ Πατρὸς ἔχων καὶ τὸ εἶναι προβολεύς, κατὰ μὲν τὸ εἶναι ἐκ τοῦ Πατρὸς ἐπικοινωνεῖ τῷ Πνεύματι, κατὰ δὲ τὸ προβολεύς εἶναι τοῦ Πνεύματος διακρίνεται· καὶ τὸ Πνεῦμα δὲ ὁμοίως. Εἰ δὲ ὁ Πατήρ μετὰ τοῦ γεννήτωρ εἶναι, καὶ προβολεύς ἔτι λέγεται καὶ ἀγέννητος, ἀλλὰ τὸ ἀγέννητον πρῶτον μὲν οὐ κυρίως ιδιότης

In *Dialogo tertio* convellitur tertium axioma photianum: *Pater quidquid ex se, qua causa, producit, ratione personae, non autem ratione essentiae seu naturae producit*. Graeco enim dicenti:

„Necesse est aut a Patris substantia esse quod a Patre procedat Spiritus, aut ab ejus proprietate. Atqui si a substantia, quoniam substantia una et eadem est Patris et Filii et Spiritus, non a Patre et Filio tantum procedet Spiritus, sed etiam a seipso; quod fieri nequit. Si autem ex proprietate, cum proprietas non sit substantia, sed circa substantiam, quo pacto id quod per se est, scilicet Spiritus, ab eo erit quod non per se est, sed circa aliud consideratur, scilicet a proprietate? Aut igitur ne procedens quidem omnino erit; aut si procedens, non a Patre et Filio tantum, sed etiam a seipso procedet; quod minime fit.“

Respondet Latinus:

„Ratio ista non ostendit Spiritum a Filio non procedere, sed illum nullatenus procedere . . . Quod dogmati nostro a Patre et Filio Spiritum procedere affirmanti absurdum inesse conaris ostendere, illud vestro quoque dogmati a Patre tantum dicenti inhaerebit. Verum dicendum: Neque a substantia sola, neque a proprietate sola procedit Spiritus; neque enim proprietas sine substantia, neque substantia sine proprietate. Reliquum igitur est, ut procedat aut ex substantia secundum proprietatem, aut ex proprietate secundum substantiam: ἢ ἐκ τῆς οὐσίας κατὰ τὴν ιδιότητα, ἢ ἐκ τῆς ιδιότητος κατὰ τὴν οὐσίαν. At illud *ex proprietate secundum substantiam* item absurdum; nam ex eo quod est circa substantiam iterum existet substantiale ac per se subsistens; quod fieri nequit et quod sanctorum Patrum nemo dixit. *Ex substantia* igitur — hoc enim Patres quoque dixerunt — *sed secundum proprietatem* (ἐκ τῆς οὐσίας ἄρα, ἀλλὰ κατὰ τὴν ιδιότητα); ideo et a seipso non erit. *Proprietas vero Patris generare ex sese Filium, Spiritum vero simul emittere per Filium*; sicut *Filii proprietas est ex sese immediate proferre Spiritum, dum ipse a Patre generatur, seu generari quidem ex Patre, simul vero et ex sese immediate emittere Spiritum*. Medius enim Filius inter Patrem et Spiritum, Patri Spiritum conjungens, ut Damascenus ait: *Spiritus vero proprietas est a Patre per Filium, et, quod idem est, etiam de Filio vel a Filio procedere; et ita ex utroque prodit Spiritus*, servata unicuique ex tribus ἐστίν· ἡ γὰρ κυρίως ιδιότης ἐστίν ἡ θεσιν τινὸς ἀλλ’ οὐχὶ ἀναίρεσιν παρεμφαίνουσα. Κατὰ γοῦν τὴν τῶν ιδιοτήτων διαφορὰν καὶ ἕκαστον ἔχει δύο τὰς σχέσεις ἡγουν ἑκατέραν πρὸς ἑκάτερον τῶν λοιπῶν.“

integra proprietate, secundum quam unusquisque propriam et peculiarem existentiam suae personae habet.“¹

De additione ad symbolum Graecus et Latinus postea certant, Graeco illud *Filioque* Latino exprobranti, Latinus vicissim crimini vertit quod ipse additionem faciat saltem mentalem dicendo: A Patre *solo* procedit. Cum vero Graecus recuset: „At *ex solo*, inquit, non dicimus, sed tantum *ex Patre procedens*,“ subjungit Latinus:

„Si igitur illud *ex solo* non cogitatis, ergo *non ex solo Patre* cogitatis Spiritum procedere; unde aut etiam ex Filio, aut etiam ex seipso, aut etiam ex alio quodam illum cogitatis procedere. Sed quoniam *etiam ex seipso* et est absurdum et contra supposita principia seu praeter proprietatem; et illud *etiam ex alio* absurdus est; non enim in Trinitate est quarta persona; Trinitas enim fieret quaternitas, non trias, reliquum manet illud *ex Filio quoque*. Quod igitur vos sentitis, illud non dicentes, nihil plus dicimus; et quodnam est crimen quod nobis tribuentes a nostra communione vosmetipsos segregatis? An fortasse quia, vobis mentem sanctificantibus, nos una cum mente linguam sanctificare volumus? Et vobis quod ratione comprehenditis lingua quoque confiteri nolentibus, nos ore quoque proferimus? *Corde enim creditur ad iustitiam*, inquit Apostolus; *ore autem confessio fit ad salutem*. Si vero cogi-

¹ Bessarione, 1913, p. 300-301; 1914, p. 55-56: „Φαίη γὰρ ἄν τις· ἀλλ’ οὔτε ἐκ τῆς οὐσίας ἀπλῶς, οὔτε ἐκ τῆς ιδιότητος μόνης· οὔτε γὰρ ἡ ιδιότης τῆς οὐσίας χωρὶς, οὔτε ἡ οὐσία ἄνευ τῆς ιδιότητος· λοιπὸν εἴη ἂν ἡ ἐκ τῆς οὐσίας κατὰ τὴν ιδιότητα, ἢ ἐκ τῆς ιδιότητος κατὰ τὴν οὐσίαν. Ἀλλὰ τὸ μὲν ἐκ τῆς ιδιότητος κατὰ τὴν οὐσίαν, καὶ ἄτοπον· ἐκ γὰρ τοῦ περὶ τὴν οὐσίαν πάλιν τὸ οὐσιῶδες καὶ ὑφεστηκός. ὅπερ ἀδύνατον καὶ παρ’ οὐθενὸς τῶν πατέρων ῥηθέν· ἐκ τῆς οὐσίας ἄρα· τοῦτο γὰρ οἱ πατέρες εἶπον· ἀλλὰ κατὰ τὴν ιδιότητα διὰ τοῦτο οὐκ ἔσται καὶ ἐξ ἑαυτοῦ. Ἰδιότης δὲ τοῦ Πατρὸς τὸ γεννᾶν μὲν ἐξ ἑαυτοῦ τὸν Υἱόν, τὸ δὲ Πνεῦμα ἅμα προβάλλεσθαι διὰ τοῦ Υἱοῦ· ὥσπερ ἡ ιδιότης τοῦ Υἱοῦ πάλιν τὸ ἐξ ἑαυτοῦ ἀμέσως προβάλλεσθαι τὸ Πνεῦμα ἐν τῷ γεννᾶσθαι ἐκ τοῦ Πατρὸς, ἡγουν τὸ γεννᾶσθαι μὲν ἐκ τοῦ Πατρὸς, ἅμα δὲ καὶ ἐξ ἑαυτοῦ ἀμέσως τὸ Πνεῦμα προβάλλεσθαι· μέσος γὰρ ὁ Υἱὸς τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Πνεύματος, συνάπτων τῷ Πατρὶ τὸ Πνεῦμα, καθὼς φησιν ὁ ἐκ Δαμασκοῦ· τοῦ δὲ Πνεύματος ἡ ιδιότης τὸ ἐκ τοῦ Πατρὸς διὰ τοῦ Υἱοῦ, ταῦτόν δ’ εἰπεῖν καὶ παρὰ τοῦ Υἱοῦ ἢ ἐκ τοῦ Υἱοῦ ἐκπορεύεσθαι· καὶ οὕτω πρόεισιν ἐξ ἄμφω τὸ Πνεῦμα, φυλαττομένης ἐκάστω τῶν τριῶν τῆς ιδιότητος ἀκινήτου, καθ’ ἣν ἕκαστον ιδιότροπον ἔχει τὴν ὑπαρξιν τῆς ἑαυτοῦ ὑποστάσεως.“

tantes illud *ex solo*, cur illud quod sentitis non dicitis, ut manifesta fiat omnibus quae a vobis fit additio? Etenim, si minus diserte dicitis illud *ex solo*, at vero, quoniam illud sentitis quod Scriptura non dixit, additionem ergo facitis, et vos causa nobis estis vestrae scissionis, non nos. Vides illud quod nobis tribuitis in vos a nobis rectissime vertendum esse.“¹

Dialogus quartus analogiis et imaginibus a Patribus graecis usurpatis ad inculcandum Trinitatis mysterium totus dicatur. Ut ipse Nicetas ait in *Prooemio*: „Latinus ex imaginum analogia quae ad Spiritus processionem spectant, insinuat; at Graecus imagines istas partim vituperat, partim alias magis congruas contra objicit et retrorsum intorquet. Vicissim Graecum imitatur Latinus, imagines illius respuens, et suas potius aptiores demonstrans. Postea dubitantes admodum sermonem instituunt, mutuoque ambigunt, dum difficultatem solvere nequeunt; aiunt tamem et ostendunt controversiam utrimque consistere non propter aliquam problematis absurditatem, vel quia id sit inverisimile aut impossibile; secus enim numquam concordassent; sed propter rei supernaturalem sublimitatem.“² Potissimum notanda sunt ea quae Latinus de significatione praepositorum *ex* et *per* (ἐκ et διὰ) in hoc dialogo profert. Selectis exemplis ex Scriptura et Patrum scriptis bene ostendit utramque habere eandem fundamentalem significationem et alterutram pro alterutra saepe sumi. Subjicit tamen eas interdum aliquam inter se praeferre differentiam, quatenus scilicet praepositio ἐκ indicat causam primam in Trinitate, nempe Patrem; διὰ vero causam mediam notat seu Filium, qui a Patre habet, ut Spiritum una cum ipso emittat;

„Ex Patre enim et Filius et Spiritus: sed Spiritus etiam ex Filio quasi per Filium; et non altera sane et altera processio, neque duae unius emissiones, sed una et eadem immediate quidem ex Filio, mediate vero tanquam ex Patre per Filium.“³

¹ Bessarione, 1913, p. 303-304; 1914, p. 57-58: „Εἰ δὲ φρονοῦντες τὸ ἐκ μόνου, τί μὴ ὁ φρονεῖτε καὶ λέγετε, ἵνα πᾶσιν εἴῃ δῆλη ἡ παρ' ὑμῶν γινομένη προσθήκη; Εἰ γὰρ καὶ μὴ ῥητῶς λέγετε τὸ ἐκ μόνου, ἀλλ' ἐπεὶ τοῦτο φρονεῖτε ὅπερ οὐκ εἴρηκεν ἡ Γραφή, προστίθετε ἄρα, καὶ ὑμεῖς ἡμῖν αἵτιοι τῆς ὑμῶν ἐστὲ διαστάσεως.“

² P. G., t. CXXXIX, col. 172 BC.

³ Bessarione, 1914, p. 253: „Ἐκ γὰρ τοῦ Πατρὸς καὶ ὁ Υἱὸς καὶ τὸ Πνεῦμα, ἀλλὰ τὸ Πνεῦμα καὶ ἐκ τοῦ Υἱοῦ, ὥς διὰ τοῦ Υἱοῦ καὶ οὐχ ἑτέρα μὲν καὶ ἑτέρα, οὐδὲ δύο προβολαὶ τοῦ ἐνός, ἀλλὰ μία καὶ ἡ αὐτή, ἀμέσως

In *Dialogo quinto*, qui brevissimus est, Nicetas varias significationes vocum ἐκπόρευσις, ἐκπορεύεσθαι ex sacrae Scripturae locis colligit et examini subijcit:

„Ubicumque, inquit, verbum ἐκπορεύεσθαι usurpatur, motum aliquem significat, at motum rei, de qua agitur, proprium ac congruum . . . Spiritus Sancti ἐκπόρευσις duplex est: una quidem, quae nihil aliud est quam ejus missio a salvatore nostro Christo, seu ejus e caelo ad nos liberrimus adventus et in fidelium animabus inhabitatio; altera vero, quae est aeterna proprietas ejus existentiae peculiaris, secundum quam *processus* dicitur (ἐκπορευτόν), et ex Patre procedens (ἐκπορευόμενον); quae omnem transcendit naturam, et omni intellectui ignota est et nullo sermone exprimi potest, sicut et ipsa Filii generatio . . . Ἐκπόρευσις autem, ubi substantialem existentiam designat, si non dicatur per aliquod medium connaturale, generationem Filii significat. Unde Spiritus ἐκπόρευσις *per Filium* (διὰ τοῦ Υἱοῦ) intelligitur, ut ab immediata processione, id est a generatione, distinguatur, ubi ad aliam causam generato priorem non refertur. Ostensum est autem illud quod est *per aliquid* etiam *ex aliquo* saepe dici. Congruenter igitur nos illum qui *per Filium* procedit, etiam *ex Filio* procedere dicimus quin a recta sententia deflectamus. Considera igitur quomodo necessario et ex recta ac consequenti ratione Spiritus ex Patre et ex Filio procedat: ex Patre quidem *mediate*, sicut *ex primo principio per Filium*; ex Filio vero *immediate*, sicut *ex principio proximo* . . . Si vero ab utroque immediate procederet, duo essent principia.“¹

μὲν ἐκ τοῦ Υἱοῦ, ἐμμέσως δὲ ὡς ἐκ τοῦ Πατρὸς διὰ τοῦ Υἱοῦ, καὶ ἐκ τοῦ Υἱοῦ ὡς διὰ τοῦ Υἱοῦ, καὶ ἐκ τοῦ Πατρὸς διὰ τοῦ Υἱοῦ.“

¹ Cod. Vatic. graec. 1115, XIV s., fol. 33-35^r.: „Φημι τοίνυν, ὅτι τὸ ἐκπορεύεσθαι, ἐφ’ ᾧ ἂν εὐρίσκηται λεγόμενον, σημαίνει μὲν κίνησιν οἴανοῦν, πλὴν οἰκείαν τῷ προκειμένῳ πράγματι καὶ κατάλληλον . . . Ἐπεὶ ἡ ἐκπόρευσις, ὅτε τὴν οὐσιώδη παρίστησιν ὑπαρξιν, εἰ μὴ διὰ τινος συμφυοῦς μέσου λέγοιτο, τὴν γέννησιν σημαίνει . . . ἡ τοῦ Πνεύματος ἐκπόρευσις διὰ τοῦ Υἱοῦ νοηθήσεται, ἵνα διαστέλληται τῆς ἀμέσου ἐκπορεύσεως, δηλαδὴ τῆς γεννήσεως, ὅτε μὴ εἰς ἄλλο τι αἷτιον πρότερον τοῦ γεννῶντος ἀναφέρεται. Δέδεικται δὲ ὅτι τὸ διὰ τινος καὶ ἐκ τινος πολλάκις λέγεται, ὡς καὶ ἐκ τινος διὰ τινος. Εἰκότως οὖν καὶ ἡμεῖς τὸ διὰ τοῦ Υἱοῦ ἐκπορευόμενον καὶ ἐκ τοῦ Υἱοῦ ἐκπορεύεσθαι λέγομεν, καὶ οὐκ ἂν οὕτως λέγοντες τῆς ὀρθῆς διανοίας ἀποσφαλείημεν. Σκόπει δὲ ὡς ἀναγκαίως καὶ ἐπομένως τῷ ὀρθῷ λόγῳ τὸ Πνεῦμα ἐκ τοῦ Πατρὸς καὶ ἐκ τοῦ Υἱοῦ ἐκπορεύεται, ἐκ τοῦ Πατρὸς μὲν ἐμμέ-

Haec ultima propositio in *Dialogo sexto* explicatur, qui omnium gravissimus est et ad controversiam dirimendam maxime valet. Ibi enim Graecus et Latinus ex Patrum graecorum scriptis vicissim proferunt testimonia, quae primo aspectu inter se pugnare videntur. Producit Latinus, inter alios, Gregorii Nysseni tritissimum locum ex *Epistola ad Ablabium de Trinitate*, ubi sanctus ille doctor loquitur de processione mediata et immediata: *Illius quod ex causa est rursus aliud discrimen observamus: unum enim est immediate ex primo, alterum per illud quod immediatum est ex primo* (τὸ μὲν γὰρ προσεχῶς ἐκ τοῦ πρώτου, τὸ δὲ διὰ τοῦ προσεχῶς ἐκ τοῦ πρώτου); item locum Cyrilli Alexandrini in *Libro I ad Palladium de adoratione in spiritu: Spiritus Sanctus Dei et Patris necnon et Filii est, qui essentialiter ex utroque, sive ex Patre per Filium profluit* (τὸ οὐσιωδῶς ἐξ ἀμφοῖν, ἡγουν ἐκ Πατρὸς δι' Υἱοῦ προχέμενον Πνεῦμα); item illud sancti Athanasii in *Epistola I ad Serapionem: cum unus sit Filius, vivens Verbum, unam oportet esse perfectam completamque vitam sanctificantem et illuminantem* (scilicet Spiritum Sanctum), quae ex Patre dicitur procedere, quoniam a Verbo, quod ex Patre est, indubitanter elucet et mittitur et datur (ἥτις γε ἐκ Πατρὸς λέγεται ἐκπορεύεσθαι, ἐπειδὴ παρὰ τοῦ Λόγου τοῦ ἐκ τοῦ Πατρὸς ὁμολογουμένως ἐκλάμπει καὶ ἀποστέλλεται καὶ δίδοται). Graecus vero potissimum insistit in Damasceni verbis, ubi dicit ille: *Spiritum ex Filio esse non dicimus, Filii tamen Spiritum vocitamus* (ἐκ τοῦ Υἱοῦ δὲ Πνεῦμα οὐ λέγομεν).“ Respondet Latinus Damascenum dogmati processionis *ab utroque* non esse contrarium. Haud semel enim dixit Spiritum Sanctum *ex Patre per Filium* procedere: *Υἱοῦ δὲ Πνεῦμα οὐχ ὥς ἐξ αὐτοῦ ἀλλὰ δι' αὐτοῦ ἐκπορεύομενον*.¹ Instat Graecus Patrumque locos, ubi Spiritus ex Patre per Filium procedere dicitur, ad missionem temporalem detorquere tentat; quod Latinus facile repellit aliquot Patrum textus recitans, ex quibus absque ulla controversia Spiritum a Patre per Filium ab aeterno pro-

σως, ὥς ἐκ πρώτης ἀρχῆς διὰ τοῦ Υἱοῦ· ἐκ τοῦ Υἱοῦ δὲ ἀμέσως, ὥς ἐξ ἀρχῆς προσεχούς.“

¹ *Ibid.*, fol. 36-39^v. Graecus tentat quod solent polemistae antilatini, quoties illis objiciunt locos patristicos pro dogmate catholico facientes, nempe eorum authenticitatem in dubium vocare: „Πόθεν γὰρ δῆλον, inquit, εἰ μὴ αἱ προτεθεῖσαι ῥήσεις παραγέγραπται;“ Respondet Latinus: „Πόθεν ἔνεσται δῆλον εἰ μὴ καὶ ἡ τοῦ Δαμασκηνοῦ ῥῆσις νενόθευται;“ Tunc Graecus subdit: „Εὖ λέγειν δοκεῖς.“ Fol. 37^v.

cedere constat. Deinde ut principium indubium ponens Patres sibi invicem contradicere non posse, fictam repugnantiam dissolvit:

„Adversarentur utique, inquit, huiusmodi testimonia, si de eodem et secundum idem et idem significantia ab his quidem rejicerentur, ab illis vero approbarentur. In hunc igitur sensum Christus dixit Spiritum ex Patre procedere, volens, ut videtur, omnia ad Patrem tanquam ad primam causam referre; unde ei quoque Spiritus processione ei adscribit. Et magnus Athanasius ita locutus est: *Spiritus ex Patre, tanquam a Verbo, quod ex Patre est, procedens*. Nyssenus vero episcopus, cum dixisset Filium esse immediate ex primo, ex Patre scilicet, subdit *Spiritum esse per eum, qui immediate est, ex primo*. Sapiens Cyrillus manifesto fassus est ex utroque, Patre nempe et Filio, sed mox interpretans quomodo ex utroque, addidit: *sive ex Patre per Filium*. Damascenus vero Joannes illud ex Patre dicens tanquam ex primo principio et ex prima causa, non ex Filio ait tanquam ex primo principio, nec prohibuit illud ex Filio tanquam ex eo qui immediate est seu per eum qui immediate est. Idem enim valent praepositiones Ex et Per (ἐκ et διὰ), idque et ipsi Scripturae solenne est, nec fuit a sanctis Patribus ignoratum. Et si illud ex Filio tanquam ex Patre per Filium accipiat; et illud ab utroque, similiter; et si ex Patre tanquam ex prima causa; et si ex Filio, qui immediate est, dicatur Spiritus; quod magnus Athanasius, magnus Cyrillus et Gregorius Nyssenus docuere, sapiens Joannes non contradicet, sed et ipse confitebitur eo sensu Spiritum et ex Filio esse. Per Filium enim et ipse dicit, utpote praepositionibus Ex et Per eandem vim habentibus. Quod si quis dicat eum ex Filio esse tanquam ex prima causa quod nullus unquam ex sanctis affirmavit, tunc ipse alta voce contradicet.“¹

¹ Ibid., fol. 43^v.: Ἦν ἂν ἐναντία, εἰ πρὸς τὸ αὐτὸ καὶ κατὰ τὸ αὐτὸ καὶ τοῦ αὐτοῦ ὄντα σημαντικὰ παρὰ μὲν τῶν ἀπεβάλλοντο, παρὰ δὲ τῶν ἐνεκρίνοντο... Ὁ σοφὸς Κύριλλος προφανῶς εἴρηκεν „ἐξ ἀμφοῖν“ δηλαδὴ τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Υἱοῦ· ἀλλ’ ἐφερμηνεύων πῶς τὸ „ἐξ ἀμφοῖν“, εἶπεν, ἐπήγαγεν· „ἡγουν ἐκ Πατρὸς δι’ Υἱοῦ“. Ὁ μέντοι Δαμασκηνὸς Ἰωάννης τὸ ἐκ Πατρὸς λέγων ὡς ἐκ πρώτης ἀρχῆς καὶ πρώτης αἰτίας, „οὐκ ἐκ τοῦ Υἱοῦ“ φησὶν ὡς ἐκ πσώτης ἀρχῆς, καὶ οὐκ ἀπηγόρευσε τὸ „ἐκ τοῦ Υἱοῦ“ ὡς ἐκ τοῦ προσεχοῦς, ἥτοι διὰ τοῦ προσεχοῦς· ταῦτόν γὰρ δύναται ἡ „διὰ“ πρόθεσις καὶ ἡ „ἐξ“· καὶ τοῦτο σύνηθες καὶ αὐτῇ τῇ Γραφῇ, καὶ τοῖς ἁγίοις πατράσιν οὐκ ἀγνοούμενον. Καὶ εἰ μὲν ἐκ τοῦ Υἱοῦ ὡς ἐκ τοῦ Πατρὸς διὰ τοῦ Υἱοῦ, καὶ εἰ ἐξ ἀμφοῖν ὁμοίως, καὶ

His libenter assentit Graecus hancque conciliationis et compositionis inter Graecos et Latinos proponit viam: Latini, inquit, conciliorum oecumenicorum agendi rationem imitantes, symbolo fidei nihil addant, illamque voculam *Filioque*, quae tanti scandali causa exstitit, ex eo expungant; Graeci vero palam confiteantur Spiritum *a Patre per Filium* procedere, vel etiam *ex Patre vel Filio*, vel *ab utroque* illud *ex Filio* sic intelligentes ut Patres intellexerunt, nempe tanquam *ex principio immediato*, seu *ex Patre per Filium*, non vero tanquam *ex primo principio carente principio*:

„Patres in symbolo illud *Qui ex Patre procedit* dixisse, nec amplius quiddam addidisse, id manifeste clamant singularum synodorum actiones et libri earum Acta continentes; ubique enim sic se habentia circumferuntur, neque illud *ex Filio*, neque illud *non ex Filio* aut *per Filium* praeferentes. Vos igitur, o Latine, qui ex Patre et Filio procedere Spiritum sentitis, si ita dicitis eum ex Filio procedere ut ex primo principio, et non ut per Filium, sed sicut procedit ex Patre, duo omnino ponitis principia, et generationem Filii tollitis atque contraria dicitis Damasceno, Athanasio et Cyrillo caeterisque cunctis Patribus ac nobis, quibus gloria est sequi sanctos patres. Si vero ita dicitis illud *ex Filio* ut *ex Patre per Filium*, et ita illud *ex Patre ut a Filio* (εἰ δὲ οὕτω λέγετε τὸ ἐκ τοῦ Υἱοῦ ὡς ἐκ Πατρὸς διὰ τοῦ Υἱοῦ, καὶ οὕτω τὸ ἐκ τοῦ Πατρὸς ὡς παρὰ τοῦ Υἱοῦ), et Damasceno Joanni consonatis et Athanasio et Cyrillo, et aliis deiferis Patribus consentitis etiam secundum sententiam de Spiritus Sancti processione, atque nobis estis amici et unanimes. Porro oportebat Patrum vestigia sequentes et amice agentes, in symbolo quidem illud *qui ex Patre procedit* pronuntiare, ut ex Patrum ab antiquo fert traditio, illud vero *per Filium procedere* per alia scripta inculcare, quae piam horum verborum sententiam exponant, sive per Filium vultis asserere processionem, sive ex Filio secundum eundem significatum, neque scandalum commune in medium introducere, quod tanti schismati ἐκ πρώτης μὲν αἰτίας, τοῦ Πατρὸς, ἐκ τοῦ προσεχοῦς δὲ τοῦ Υἱοῦ, ἅπερ φησὶν ὁ μέγας Ἀθανάσιος, ὁ μέγας Κύριλλος, ὁ Νύσσης Γρηγόριος, οὐκ ἂν ὁ σοφὸς Ἰωάννης ἀντιφθέγγεται, ἀλλ' ἐρεῖ καὶ αὐτός, ὅτι οὕτως καὶ ἐκ τοῦ Υἱοῦ τὸ Πνεῦμα διὰ τοῦ Υἱοῦ γάρ φησι καὶ αὐτός, ὡς ἰσοδυναμούσης τῆς διὰ καὶ τῆς ἐξ. Εἰ δὲ ὡς ἐκ πρώτης αἰτίας καὶ „ἐκ τοῦ Υἱοῦ“ λέγοι τις, ὅπερ εἶπε τῶν ἀγίων οὐδεὶς, καὶ ἀντιφθέγγαιτο καὶ μέγα βοήσῃ. Hunc locum citat et probat Nicephorus Blemmidas in *Epistola ad Jacobum, Bulgariae episcopum*, 6. Lämmer, *op. cit.*, t. I, p. 115-117.

matitis et divisionis causa existat . Itaque hanc vocis additionem tace-
 cet, neque in symbolo in posterum pronuntietis: *Qui ex Patre Filioque
 procedit*, sed secundum Patres nobiscum dicite: *Qui ex Patre procedit;
 qui cum Patre et Filio simul glorificatur*. Satis utrisque nobis et vobis
 consensio in unum per Spiritus Sancti gratiam erit, quandoquidem con-
 cordamus, dum pronuntiamus Spiritus processionem *ex Patre per Fi-
 lium*. Vos enim illud *et ex Filio*, ita dicitis tanquam *ex Parte per Filium*;
 et quoniam *a Filio*, qui ex Patre est, *ita et a Patre et ex Filio*, non tan-
 quam *per principium sine principio*. Nos vero *non ex Filio* asserentes,
 illud *tanquam ex principio sine principio* removemus; siquidem illud *ex
 Filio* tanquam *per Filium* accipimus et suscipimus.“¹

„Cum igitur et apud nos et apud vos illud *ex Patre procedit* pie in-
 telligitur et dicitur, praeter quod apud nos non *ex Filio* sed *per Filium*,
 apud vos vero *et ex Filio* non *per Filium* usurpatur, formularum accep-
 tione utrimque in idem recidente ., sacri symboli textus servandus
 est inviolabilis secundum sanctos Patres, concordia autem Latinorum
 et Graecorum in diversis loquendi modis, illam concordiam dico quae
 est de formulis *ex Filio* et *per Filium*, per commonitoria ex consensu
 redacta declaranda est, quae ostendant tum ambiguitatem et dissen-
 sionem quae hactenus vixit, tum in unum dogma pium unamque
 sententiam consensum, qui ex communi examine ac pervestigatione
 eluxit . .² Si ergo quod nos *per Filium* dicimus, vos idem *ex Filio* di-
 citis, nullam aliam sensus differentiam in diversis praepositionibus
 proferendis habentes, has syllabas [scilicet *ex Filio* in symbolo] donate

¹ *Cod. cit.*, fol. 46^v.: Καὶ ὑμεῖς γὰρ τὸ καὶ ἐκ τοῦ Υἱοῦ λέγοντες, οὕτω
 φατέ ὡς ἐκ τοῦ Πατρὸς διὰ τοῦ Υἱοῦ, καὶ ἐπεὶ παρὰ τοῦ Υἱοῦ τοῦ ἐκ
 τοῦ Πατρὸς, οὕτω καὶ παρὰ τοῦ Πατρὸς καὶ ἐκ τοῦ Υἱοῦ, οὐχ ὡς δι' ἀ-
 νάρχου ἀρχῆς. Καὶ ἡμεῖς οὐκ ἐκ τοῦ Υἱοῦ φάσκοντες, τὸ ὡς ἐξ ἀνάρχου
 ἀρχῆς ἀποτρεπούμεθα· τὸ γὰρ ἐκ τοῦ Υἱοῦ ὡς διὰ τοῦ Υἱοῦ δεχόμεθα καὶ
 ἀποδεχόμεθα.“

² *Ibid.*: „Ὅποτε τοίνυν καὶ παρ' ἡμῖν καὶ παρ' ὑμῖν τὸ ἐκ τοῦ Πατρὸς
 ἐκπορευόμενον εὐσεβῶς νοεῖται καὶ λέγεται . ., τὴν μὲν τοῦ ἁγίου
 συμβόλου φράσιν φυλακτέον ἂν εἴη κατὰ τοὺς ἁγίους πατέρας ἀπαρεγ-
 χείρητον, τὴν δὲ ἐν διαφόροις παραθέσεσιν ὁμοφροσύνην τῶν Λατίνων
 καὶ τῶν Γραικῶν, φημι δὴ τὴν κατὰ τὸ ἐκ τοῦ Υἱοῦ καὶ διὰ τοῦ Υἱοῦ,
 δι' ὑπομνημάτων σαφηνίζειν προβαινόντων κατὰ συναίνεσιν, καὶ δεικ-
 νύντων τὴν τε μέχρι τοῦ νῦν ἀμφιβολίαν τε καὶ διχόνοιαν καὶ τὴν ἀπὸ
 τῆς συνεξετάσεώς τε καὶ συζητήσεως εἰς ἓν εὐσεβὲς δόγμα καὶ νόημα
 σύμπνοιαν.“

nobis, et plures syllabas nos vobis vicissim donabimus, quae in commonitorio ostendent communem consensum et conspiracyem et syllabarum scandalizantium abrogationem.“¹

Propositum laudat Latinus eique libenter suffragatur, Graeco gratulans quod praeter omnem spem non ex contentione, non ex victoriae cupidine, ut sophista, sed ad cognoscendam illustrandamque veritatem, vel potius ad illam edocendam et significandam dialogum instituerit, ut sapiens distantia ac separata conjungere quaerens.

Haec Nicetas Maronensis, in cujus theologia exponenda paulisper immorati sumus tum quod haec, saeculo XII mediante, tanquam stella vere nova caelum byzantinum irradiavit, tum quod hactenus theologis nonnisi imperfecte innotuit, tum praesertim quod Byzantinis pacis Ecclesiarum amicis viam terendam praemonstravit, theologiaeque unionisticae, quam in decreto Florentino post tria fere saecula expresse-
runt, fundamenta jecit.²

¹ *Ibid.*: „Εἰ οὖν καὶ ὑμεῖς, ὃ φάμεν ἡμεῖς διὰ τοῦ Τιοῦ, ἐκ τοῦ Τιοῦ λέγετε, μηδεμίαν ἄλλην διαφορὰν νοήματος ἔχοντες κατὰ τὴν τῶν διαφορῶν προθέσεων προφορὰν, χαρίσατε ἡμῖν ταύτας τὰς συλλαβάς, καὶ πλείονας συλλαβάς ἡμεῖς ὑμῖν ἀντιχαρισόμεθα δηλούσας ἐν ὑπομνήματι τὴν κοινὴν συμφωνίαν καὶ σύμπνοιαν καὶ τὴν ἀναίρεσιν τῶν σκανδαλιζουσῶν συλλαβῶν.“

² Notandum est Nicetam suis de processione Spiritus Sancti dialogis Photianorum simultatem in se concitasse; qui ejus opus plerumque silentio presserunt; immo ejus nomen e publico catalogo seu *synodico* episcoporum Thessalonicae civitatis expunxerunt. Inde factum est, ut circa tempus quo vixerit, haud pauci erraverint, vel — quod et nobis ipsis accidit — cum alio Niceta illum confuderint. Cf. nostrum articulum in commentario *Échos d'Orient*, t. XXVI (1927), p. 408-416. Hodie absque ulla haesitatione affirmare licet non duos, sed tres Nicetas, ante annum 1439, metropolitanam sedem Thessalonicae occupasse, et Nicetam Maronensem alium esse a Niceta Mitylenensi, qui sedem tenebat anno 1133. Paulo post, id est, sub Manuele Comneno, et sane ante annum 1169, Nicetas Maronensis eidem Thessalonicensi Ecclesiae praefuit. Ejus nomen Byzantinis dissidentibus invisum fuisse ex eo etiam colligere est, quod Nicephorus Blemmides, in laudata *Epistola ad Jacobum Bulgariae*, Nicetam his verbis designat: „Ἄλλος δὲ τις τῶν ἐκκρίτων, nec nomen ejus, nec operis titulum refert.

UNIO, UNIONISMUS, UNITAS

Dr. Fr. Grivec

Post quinque lustra a primo Conventu Velehradensi emensa iam expedit, fructus consultationum et operum horum conventuum statuere, ut firmiter retineantur novoque progressui viam sternant. De hisce fructibus multa praebent Acta Academiae Velehradensis a. 1932, tom. I-II. Hic quaedam methodologica de terminologia addam.

Conventibus Velehradensibus atque operibus scientificis istos concomitantibus multae nebulae praeiudiciorum et mediocritatis illorum, qui studia ecclesiae orientalis et unitatis oecumenicae primoribus tantum labris attigerunt, dissipata sunt. Neminem peritum latet, quam necessarium sit in tractatis scientificis, ideas exacte exactisque terminis exprimere. Quoties iam magni errores exorti sunt e formulis vel terminis minus exactis! Quod praesertim in quaestionibus de ecclesia orientali et de unitate ecclesiae promovenda observandum est.

Quapropter in campo tam vasto atque tot ineptis conceptibus obnubilato praeprimis opus erat, ut sobriis studiis scientificis ideae de hisce rebus expolirentur et terminis exactis exprimerentur. Quod revera factum est. Paginas commentariorum „Slavorum litterae theologicae“ (SLT) pervolutando, in primis iam paginis primi fasciculi (a. 1905) – in programme – multa sobria et methodologice exacta de hac re invenies. Iam in primis paginis SLT advertes, terminum *unio* evitari. De primis conventibus Velehradensibus testantur Acta horum conventuum edita, quae ACTA I. (II., III.) CONVENTUS VELEHRADENSIS *theologorum commercii inter occidentem et orientem cupidorum* inscribuntur. Quae longior inscriptio finem conventuum apte exprimit. A multis praelectoribus et scriptoribus in conventibus Velehradensibus et SLT terminus *unio* ex industria vitabatur aliisque terminis magis exactis circumscribatur.

Primos conventus Velehradenses Apostolatus ss. Cyrilli et Methodii (ACM) convocabat, pia unio (associatio) popularis unitati ecclesiae promovendae. Iam statim initio patebat praeter ACM necessariam esse societatem scientificam, quae exactum scientificum tractandi modum efficacius iuvaret. Propterea in II. conventu Velehradensi (a. 1909) iam instituta est Academia Velehradensis (AV), societas docta inter-

nationalis ad studia ecclesiae orientalis (Graeco-slavicae) alenda. Huius societatis doctae est – praeter alia – methodum terminologiamque scientificam tueri. Multa, quae in locutione populari tolerari possunt, in AV vitanda sunt.

In inscriptionibus vel titulis brevitati studendum est. Ast saepe difficile est res graves breviter exacteque exprimere. Propterea usu iam approbata est quaedam licentia breviores adhibendi inscriptiones, quarum sensus ex contextu patet. Ita vox *Velehradensis* nos iuvat, ut brevitati studere possimus. Velehradum, illustri memoria ss. Cyrilli et Methodii circumfusum, iam ipsum quasi programma est. Inde iam aliquatenus patet scopus Academiae Velehradensis et conventuum Velehradensium. Propterea Acta IV et V Conventus Velehradensis solam hanc habent inscriptionem, nullo attributo explicante addito. In libellis vero, quibus ad hos conventus invitabamur, inde ab a. 1924 iam addebatur terminus *unionisticus*. Idem terminus in variis foliis et scriptis popularibus, praesertim in republica Čechoslovaca, saepissime occurrit.

Terminus *unionisticus* decursu annorum apud Čechoslovacos in communem fere usum venit ad scopum conventuum Velehradensium et ACM breviter designandum. Quae locutio *popularis* tolerari quidem potest in scriptis popularibus; ex tractatione autem scientifica exacta eliminanda est.

De hac re in Conventu Pragensi pro studiis orientalibus (a. 1929) egimus (vide Acta illius conventus pg. 19) et statuimus, terminum *unio* vitandum atque loco eius terminum *unitas* ponendum esse. Quod non sine rationibus gravibus factum est.

Conventus Velehradenses et actio scientifica illos concomitans iam ante quinque lustra terminos *unio*, *uniti* (uniati) et similes vitabant. Post a. 1917 Congregatio pro ecclesia orientali et Pontificium Institutum pro studiis orientalibus multum contulerunt, ut in studiis orientalibus ideae exactae terminis exactis exprimerentur. Gravissimum documentum huius generis sunt litterae encyclicae Pii XI. „Ecclesiam Dei“ anno 1923 in natali trecentesimo s. Josaphat Martyris. Hae litterae argumento absoluto, styli gravitate terminologiaque exacta ita eminent, ut earum attenta studiosiorque lectio non satis commendari possit.

In hoc praeclaro scientiae et supremae ecclesiasticae auctoritatis do-

cumento loco termini *unio* semper terminus *unitas* ponitur variisque modis circumscribitur, uti sequitur: *Oecumenica unitas, concordiae et unitatis reconciliatio, catholicae unitatis professio, redintegrata coniunctio, unitatis consensioque, ecclesiae sanctae unitas, unitatis instaurandae negotium, unitatis opus, pax et unitas, unitas promovenda, religiosa unitas, unitatis reconciliatio*. Schisma dicitur *ab oecumenica unitate discessio*. Orientales separati apellantur *Orientales dissidentes, Orientales, Slavi orientales*.

Hanc terminologiam Pontificium Institutum Orientale, Acta huius Instituti (Orientalia Christiana) alique rerum orientalium periti amplexi sunt. Viri peritissimi, qui celeberrimos commentarios „Echos d'Orient“ et „L'unité de l'Eglise“ dirigunt, istam terminologiam suam fecerunt. Post litteras „Mortalium animos“ (a. 1928) hi viri peritissimi putant, vocem *unio* non amplius posse sustentari. Quapropter loco inscriptionis folii „L'union des Églises“ novam inscriptionem „L'unité de l'Églises“ posuerunt. *Unio* enim illam foederationem vel associationem ecclesiarum, fide et constitutione diversarum, significare potest, quam „panchristiani“ propugnant. In ecclesia catholica piae associationes *piae uniones* appellantur, similiter variae politicae et internationales *uniones* existunt.

Haec exactior terminologia non solum propterea commendatur, quia in recentioribus documentis ordinarii ecclesiae magisterii et scientiae theologicae catholicae promulgata est, sed ideo quoque quia, scientifice exacta atque prudentissima, rectum cogitandi agendique modum et innuit et excitat; apprime adaptata est etiam pro illis regionibus, ubi propter vicinitatem Orientalium vel propter gubernii suspiciones maxima necessaria est prudentia. Ergo haec terminologia exactae scientiae, prudentiae universalitatisque catholicae notam prae se fert.

Cum termino *unio* alii quoque vitandi sunt termini cum illo conexi. Catholici rituum orientalium non *uniti* (uniati), sed *catholici* ritus orientalis appellandi sunt. Sunt enim veri perfectique catholici, non tantum uniti vel resarciti, non catholici inferioris notae.

Ritus, qui antea communiter *graecus* appellabatur, recentissime a viris peritis et in documentis ecclesiasticis *byzantinus* dicitur. Varii enim ritus graeci existebant (alexandrinus, antiochenus). Ritus qui communiter graecus dicebatur, in urbe Byzantio exortus ad ordinemque redactus est; ideo byzantinus dicitur. Termini: ritus byzantinus, by-

zantinus-slavicus e. a. in decretis Romanis recentioribus saepissime occurrunt. Quod catholicis orientalibus non placet propter malam vel dubiam *byzantinismi* notam, quam ille terminus innuere videtur. Propterea hac in re antiquiorem terminologiam (ritus graecus) tuentur.¹

Ast multi catholici orientales, parum distinguentes atque traditioni vel conservatismo plus iusto indulgentes, illi quoque novae terminologiae, quae ipsis favet, resistere conantur.

Ucraini (Ruteni) et Jugoslavi catholici orientales in imperio Austria-co-Hungarico ex officio *graeco-catholici* appellabantur, dissidentes vero *graeco-orientales*. Quam terminologiam hodie adhuc retinere tentant. Ast haec terminologia neque exacta neque universalis est. Bulgari enim catholici orientales illam respuunt. — Multi Orientales terminos *unio, uniti (uniati)* e. a. novae terminologiae exactae praeferunt.

Praeter hos etiam Poloni novam terminologiam catholicam orientalem saepe respuunt vel negligunt. Usque ad hodiernam diem de *unione*, de *unitis* (uniati), de *schismaticis*, de *missionibus* inter schismaticos tractare amant.

Concedi potest, hanc antiquiorem terminologiam claritate et brevitate eminere atque traditione multorum saeculorum approbari. Attamen simul constat, hanc traditionem multis erroribus et praeiudiciis de christianis orientalibus turbatam esse. Congregatione pro ecclesia orientali, Pontificio Instituto Orientali institutis atque studiis orientalibus peritorum, qui „Echos d’Orient“ et „L’Unité de l’Église“ edunt, aliorumque huius operis sociorum ad fastigium perductis, demum nova exorta est aetas studiorum orientis christiani. Cum hac nova aetate nova exactiorque terminologia de rebus orientalibus cohaeret.

Inde patet, exceptiones supra adductas non sufficere, ut a conventibus Velehradensibus et ab actione illos concomitante nova catholica terminologia de rebus orientalibus negligatur. Conventus Velehradenses enim ad hunc studiorum orientalium progressum non spernendam contulerunt partem. Ergo ipsae traditiones nostrae Velehradenses exigunt, ut illum agendi et scribendi modum amplectamur, qui cum progressu scientiae catholicae de rebus orientalibus cohaeret.

¹ Liber: Statistica della Gerarchia e dei fedeli di rito orientale (Roma 1932), a S. Congregatione Orientali editus, novam exactam terminologiam sequitur; ast rationem habens traditionis catholicorum orientalium praeter terminum *ritus byzantinus* etiam terminum *ritus graecus* concedit, sed terminum r. byzantinus praefert.

Post has explicationes iam nonnullas regulas practicas proferre iuvabit.

Conventus Velehradenses non possunt apte dici *unionistici*, quia non ad instar concilii Lugdunensis II. vel Florentini de unione agunt; conventus Velehradenses non sunt concilia unionis (Unions-Konzil).

In scriptis popularibus quaedam licentia in hac re concedi potest.

Academia Velehradensis iuxta statuta illius est: docta societas ad studia ecclesiae orientalis (graecoslavicae) concelebranda instituta. Minime necessarium est, hic de *unionismo* vel unitate loqui. Nec Pontificium Institutum orientale dicitur unionisticum vel unitatis, sed Pontificium Institutum studiorum orientalium. Similiter conventus, alter a. 1925 in urbe Ljubljana, alter Pragae a. 1929 celebratus, Conventus pro studiis orientalibus appellati sunt.

Concedendum quidem est, studia orientalia multum conferre ad unitatem religiosam promovendam, uti Pius XI. in litteris „Ecclesiam Dei“ praeclare docet. Ast scimus, opus unitatis praeprimis precibus et sacrificiis maturandum esse. Ideo instituta est pia unio Apostolatus ss. Cyrilli et Methodii. Academia Velehradensis propterea praecise instituta est, ne res distinguendae confundantur. Teneatur ergo traditio.

Quaestiones historicas tractando minime necesse est terminum *unio* eliminare; e. gr. loqui possumus de unione Lugdunensi, de unione Florentina, de unione Brestensi, de historia unionis, de unionis conatibus. Item de scopo ACM uti possumus terminis popularibus, qui idem fere quam *unio* significant. Imo linguis slavicis *soedinenie*, *zedinjenje*, *sjedinjenje* exactius veram significant ideam quam *unio*, quae etiam associationem, foederationem (*obedinenie*, *sojuz*, *zveza*, *savez*) significare potest.

Iuvabit quoque terminum *idea cyrillo-methodiana* adhibere. Haec enim idea motum excitavit, ex quo Conventus Velehradenses prodire. Hic terminus profundum quendam sensum sat exacte exprimit. Hanc terminologiam iuventus academica slavica iam suam fecit. Congressus slavicae iuventutis academicae catholicae a. 1930 in urbe Ljubljana celebratus sollemniter promulgavit scopum: „Travailler pour la régénération religieuse des nations slaves dans l'esprit de l'Action Catholique et de l'idée cyrillo-méthodienne.“ Idem congressus approbavit resolutionem: „L'Action Catholique doit avoir, parmi les

Slaves, un caractère special cyrillo-méthodien, parce que l'idée cyrillo-méthodienne représente un motif particulièrement fort pour l'expansion de l'A. C. Mais la forme ecclésiastique de l'idée cyrillo-méthodienne est l'Apostolat de Saints Cyrille et Méthode qui, par la régénération religieuse du monde slave catholique, travaille pour l'union des tous les Slaves dans une Église universelle du Christ. C'est pour cela que les étudiants doivent devenir des membres actifs de l'ACM et des propagateurs de cette idée parmi le peuple." *Eadem idea iterum approbata est in conventu eiusdem iuventutis Bratislaviae a. 1931.*

Inter Slavos catholicos ergo conceptus ideae cyrillo-methodianae iam sat vulgatus est.¹ Apud alias nationes, inter quas cultus ss. Cyrilli et Methodii minus vulgatus est, etiam in scriptis popularibus potius adhibenda erit terminologia supra laudata.

Teneamus igitur traditiones Velehradenses. Amplectamur terminologiam exactam.

DE BREVIARIO CONFICIENDO,
AD BYZANTINUM RITUM ACCOMMODATO,
QUID NOS DOCEAT BREVIS DESCRIPTIO
LIBRI CUI TITULUS „ANTHOLOGION“
SEU „TSVETOSLOV“.

S. Salaville, A. A.

Quod huic notatiunculae longiorem titulum, veterum scriptorum ecclesiasticorum more, praemiserim, res fortasse excusationem habebit, si lectorum animos magis intentos effecerit. Non enim inficias ibo meae intentionis esse ut quaestionem attingam vel potius suggeram quae ad praxim sat magni momenti attinet, ut reddatur nempe possibilis recitatio privata divini officii secundum byzantinum ritum.

Jamvero gravis difficultas, ne dicatur impossibilitas hujusce privatae recitationis exinde oritur quod in ritu byzantino non solum horae canonicae multo longiores sunt quam ut ab individuo clerico vel sacer-

¹ De idea cyrillo-methodiana breviter scripsi in biographia ss. Cyrilli et Methodii; in editione bohémica pg. 147; in editione germanica: Die hl. Slavenapostel Cyrillus und Methodius 1928, pg. 155.

dote, jam non paucis pastoralibus aut ecclesiasticis negotiis implicato integrae quotidie recitari possint, sed etiam ex eo quod, cum diversa elementa constitutiva istius divini officii in quamplurimis libris dispersa existant ad usum monastici chori destinatis, onerosam requirunt bibliothecam quae in ordinariis vitae conditionibus fere nemini praesto esse potest.

Quam duplicem difficultatem diserte, quamvis non absque *orientali* in dicendo exaggeratione rhetorica, enuntiat Leo Allatius in sua Dissertatione prima *de libris ecclesiasticis Graecorum* (Parisiis 1695, p. 4.)

„Graecorum ecclesiastici libri, scribit Allatius, plures nec unius generis sunt, in eamque jam excreverunt molem, ut attentius introspectanti haud fieri posse videatur, ut per annum ab homine id studiosius incumbente nec aliis negotiis implicito recitentur, tantum abest ut cantu etiam et per intervalla temporum respirante, commode accenseantur. Illius etenim gentis religio increbrescens unicuique de novo, dummodo Sanctorum res pertractantur, accessionem facere et ingentia duplicare volumina permisit. Hinc maximam librorum copiam majorem fecit et, novis semper additis, molem in immensum adauxit.“

Quos deinde libros singillatim recensens, non minus quam viginti tres exstare dicit Allatius, scilicet: Typikon, Liturgikon, Evangelium, Liber Epistolarum, qui vocatur *Apostolos* seu *Praxapostolos*, Lectionarium, Psalterium, Octoechos, Parakletike, Triodion, Pentecosarion, Menaea, Menologium, Anthologion, Horologion, Synaxarion, Pangeyrikon, Euchologion, Diakonikon, Heirmologion, Excerpta ex Euchologio, Kekragarion musicale, Horologopoulon seu Parvum Horologion (seu Excerpta ex Horologio) ac denique Neon Anthologion a catholico Antonio Arcudio compositum typisque Vaticanis anno 1598 editum.

Ista autem enumeratio ad duodenarium numerum certe contrahi potest, si praetermittantur libri qui sunt tantum excerpta ex aliis, vel quorum necessitas ad divinum officium recitandum non est adeo absoluta.

Enim vero inter libros a Leone Allatio recensitos, duo sunt, quibus titulus „Anthologion“ et „Neon Anthologion“, qui prima tentamina Breviarii byzantini vere constituunt, quorumque compilatores hunc sibi finem definite proposuerunt ut liturgicam bibliothecam compendiarent nec non recitationem divini officii expeditiorem efficerent.

Quidquid enim in contrarium dicere videatur Allatius, istud Antho-

logion multam revera analogiam praebet, ut significantissimo utamur exemplo, cum illis initiis Breviarii Romani, quae saeculo XII^o et XIII^o nomine „Breviarii itinerarii Curiae“ atque „Breviarii Fratrum Minorum“ designantur.¹

Illa generali analogia cum initiis Breviarii Romani prae oculis semper habita, quae quidem totam rem nostram illustrat conditionesque suppeditat ad aequam sententiam de hujusmodi libro ferendam, nobis nunc licebit Allatium interrogare, quid reapse in Anthologio contineatur. Quamvis enim Allatii iudicium profecto vitietur ex eo quod non videtur illi in mentem venisse practicum scopum reductionis omnium liturgicorum librorum in unum, descriptionem tamen libri satis accuratam nobis praebet. — „Esto decimus tertius, inquit, *Ἀνθολόγιον, Anthologium*, primo sui ortu tenue nec magnae aestimationis, sed novis additionibus semper excrescens, hac postrema pro correctorum libidine immensum factum est, adeo ut, ut ita dicam, in monstrum evaserit. Indicat titulus: *Ἀνθολόγιον τοῦ ὅλου ἐνιαυτοῦ περιέχον τινάς καὶ ἑτέρας ἀναγκαίας ἀκολουθίας τε καὶ ἐρμηνείας οὐχ ὑπαρχούσας ἐν τοῖς προτυπωθεῖσιν Ἀνθολογίοις.*“ „Totius anni Anthologium continens et alia quaedam necessaria officia et interpretationes quae in prioribus Anthologiis desiderabantur“.²

Nemo jam non videt mediocrem Allatii de Anthologio existimationem pendere quam plurimum ex opinione haud benevola quam proficitur circa recentissimam sua aetate hujus libri editionem.

Ceterum, audiamus eum deinde describentem quid revera contineat Anthologium, „Potissimum tamen in eo continentur officia, quae per annum in Domini Nostri Jesu Christi, Beatae Virginis et reliquorum celebrium Sanctorum solemnitate decantantur. Sequuntur officia quae *communia* dici solent in unum vel plures Prophetas, Apostolos, Martyres, Pontifices, Confessores et alios. Tum demum multa ex Paracletice hausta ingeruntur, et omnium postremum adnectitur Paschaliū triginta duorum annorum“.³

Ut quisque jam ex ista brevi descriptione animadvertere potest, quod

1 Cf. S. Bäumer O. S. B., *Histoire du Bréviaire*, trad. française par. R. Biron, O. S. B., Paris, 1905, t. II, p. 24 sq. 68—69; P. Batiffol, *Histoire du Bréviaire Romain*, Parisiis, 1893, p. 197 sq.; A. Molien, *L'office romain*, in volumine cui titulus *Liturgia*, Parisiis, 1930, p. 600—602. — 2 L. Allatius, *De libris ecclesiasticis Graecorum dissertatio prima*, Parisiis, 1695, p. 89—90. — 3 Allatius, *op. cit.*, p. 90.

ceteroquin ex *Novo Anthologio Antonii Arcudii* mox clarius patebit, Anthologii partes manifestam prae se ferunt analogiam cum diversis partibus Breviarii Romani, quae dicuntur: Ordinarium divini officii, Proprium de Tempore, Proprium Sanctorum. Commune Sanctorum. Quae quidem generalis analogia, meo saltem iudicio et salva mea erga Allatium reverentia, ad laudem Anthologii ab ipso acrius aequo vituperati non parum confert. Ut verum fatear, mihi videtur Allatius rem prospexisse ex quodam speciali *angulo visionis*, sit venia verbo, oculis nempe eruditi viri cui utraque bibliotheca, sive sacra, sive profana, nunquam non praesto adest, quique de abbreviatione liturgicorum librorum ad usum quotidianum atque enchiridii instar parum, si tamen vel minime, curat. Haec causa est cur tam censoria severitatis nota Anthologium his verbis inurat: „Liber, ut verum fatear, lucri causa excogitatus. Fere enim nihil in eo est, si recentiora quaedam addita excipias, quae eradi tanquam noxia operae pretium fuerit, quod non in Menaeis, et in Paracletice alliisque libris et commodius et accuratius digestum sit. Plura in eo possemus animadvertere, sed cum non scribamur censuram, opportunitiori in loco animadvertenda notabimus“.¹

Pari severitate, ex eodem modo rem prospiciendi orta, Anthologium iudicat Cardinalis Pitra, qui ita scribit: „Vers la même époque (i. e. post Caerularium) apparaît *l'Anthologion*, réduction arbitraire de tout l'office annuel, souvent arrangé selon un caprice individuel, et qui montre à quel point, le centre d'autorité étant perdu, on pouvait impunément toucher aux choses saintes.“²

Attamen, salva reverentia erga tam eruditos viros, asserendum est Anthologion non minus feliciter quam coeva Breviaria Itineraria latina, quae dicebantur *Portatoria*, *Portatilia*, *Viatica*, *Cameraria*, ex eadem practica necessitate ortum esse. Ceterum, quod hujusmodi rei susceptio optimum successum habuerit, demonstrant et copiosus numerus codicum manuscriptorum et plurimae editiones quae postea fuerunt typis evulgatae. Exemplaria manuscripta maxime ad XIII^{um} et XIV^{um} saeculum pertinent, quaedam vero etiam antiquiora sunt.³ Legi potest descriptio Anthologii XV^o saeculo exarati in catalogo codicum graecorum Mosquensium a VLADIMIR typis edito anno 1894, p. 51.

1 Ibid. — 2 Pitra, *Hymnographie de l'Eglise grecque*, Romae, 1867, p. 63. — 3 Cf. L. Petit, art. „*Anthologion*“, in Cabrol-Leclercq, *Dictionnaire d'Archéologie chrétienne et de liturgie* t. I, 1907, col. 2279-2282.

Editiones Anthologii „orthodoxae“ quam plurimae.

Nec putes talem graeci *Breviarii* compilationem divulgationemque a *catholicis* orientalibus exordia traxisse: nam contrarium factis evincitur. Codicum quidem manu scriptorum quam maximus certe numerus ex orthodoxis monasteriis originem ducit. Ipsa autem prima editio typis excussa, quae Venetiis anno 1587, curante Manuele Glynzounio in lucem prodiit, aliaeque posteriores benemultae ad usum orthodoxorum evulgatae sunt. In suo eruditissimo opere *Bibliographie hellénique* (Parisii, 1894) E. Legrand non minus quam sex hujusmodi editiones decurrente saeculo XVII^o excussas resenset. Saeculo autem XVIII^o ineunte, anno 1709, sacerdos Metrophanes Gregoras similem compilationem Tergovistae, in Valachia, edidit cum titulo aliquantum diverso sed tamen practici scopi rerumque contentarum significantissimo: *Βίβλος ἐνιαύσιος τὴν ἅπασαν ἐκκλησιαστικὴν ἀκολουθίαν ἀνελλιπῶς περιέχουσα*, id est: *Liber annualis totum ecclesiasticum officium integre continens*. Inter ceteras posteriores editiones, quae maximam utilitatem largissimamque divulgationem hujusmodi libri perspicue testantur, memorare juvat illam quae Leipzig anno 1761 in lucem prodiit, cum ista satis significante mutatione in titulo: *Βίβλος ἐνιαύσιος ἥτις καὶ Πανθέκτη καλεῖται, πᾶσαν τὴν τοῦ χρόνου ἀκολουθίαν περιέχουσα, νεωστὶ μετατυπωθεῖσα, ἐπιμελῶς διορθωθεῖσα παρὰ τοῦ ἐν ἱερομονάχοις Γεδεὼν Ἀγιοταφίτου τοῦ Κυπρίου*, i. e.: *Liber annualis qui et Panthecte* (i. e. omnia continens, Totum) *vocatur, totum temporis officium continens denuo typis excussa a hieromonacho Gedeon Hagiotaphita* (i. e. *Sancti Sepulchri*), *origine Cyprio, diligenter correcta*.

Haec Leipziana editio totum istud vere „Breviarium“ graecum seu totam illam abbreviationem tam onerosae liturgicae bibliothecae ad unum volumen reducit continens 1516 paginas 12 × 13 centimetrorum: quae quidem minuta documenta hic afferimus ad confutandam saepe saepius objectam impossibilitatem orientalis Breviarii conficiendi. Nonnulla nempe ex nostris Breviariis latinis, nonnulla etiam ex nostris sacris Bibliis, vel, ut alio concreto exemplo utar, nonnulla ex nostris lexicis non minore numero paginarum constant quam Leipziana *Panthecte*, quin tamen cessent esse vere enchiridia seu manualia portatu facilia. Adde non impossibiles fore aliquas sublationes talis vel talis officii minus necessarii, vel textus integri liturgiae sacrae seu missae, excerp-

torum ex Euchologio, etc., quae sublationes voluminis amplitudinem adhuc magis reducere possent.¹ Adde etiam subtiliorem chartam a typographis in hujuscemodi libris edendis nunc temporis communiter usurpari, quae voluminis densitatem non parum minueret.

Exstat et alia editio, orthodoxa et ipsa, quae loco unius voluminis necessario sat compacti, quinque tomos habet, qui nostris „Partibus“ Breviarii Romani (hiemalis, verna, aestiva, autumnalis) quodammodo aequiparantur: Πανθέκτη ἱερὰ ἐκκλησιαστικὴ περιέχουσα ἅπασαν τὴν ἐκκλησιαστικὴν ἀκολουθίαν τῶν ὀρθοδόξων χριστιανῶν καὶ διηρημένη εἰς τόμους πέντε. Ἑκδοσις δευτέρα ἐκδοθεῖσα μὲν κατὰ πρῶτον ὑπὸ τοῦ Ἀρχιμανδρίτου Διονυσίου Πύρρου τοῦ Θεσσαλοῦ, ἥδη δὲ ἐπανξηθεῖσα καὶ διορθωθεῖσα ἐγκρίσει τῆς Ἱερᾶς Συνόδου τῆς Ἐκκλησίας τῆς Ἑλλάδος. Πρὸς χρῆσιν τῶν τε ἐκκλησιῶν καὶ τοῦ χριστεπωνύμου πληρώματος. Ἐκδίδεται δαπάναις Γ. Καρυοφύλλης. Ἐν Ἀθήναις, 1860. Qui titulus sic latine vertitur: „*Panthecte*“ *sacra ecclesiastica, continens totum ecclesiasticum officium orthodoxorum christianorum, et in quinque tomos divisa. Editio altera, primum quidem ab Archimandrita Dionysio Pyrrho Thessalo exarata, nunc autem aucta ac correcta, approbante Sacra Synodo Ecclesiae hellenicae. Ad usum et ecclesiarum et christiani populi. Editur sumptibus G. Karyophylle, Athenis 1860.* Ex litteris autem Sacrae Synodi novimus primam editionem duobus tantum abhinc annis (πρὸ δύο ἐτῶν) in lucem prodiisse: quod quidem, ut per transennam notetur, praestantissimum signum est et prosperi successus et simul maximae utilitatis istius compilationis.

Atheniensis editionis tomus primus 513 paginis constat ejusdem mensurae quam Leipziana; continet autem: 1° partem aequivalentem libro qui titulus *Horologion*, p. 1 – 76. 2° partem principalem, cui titulus Παρακλητικὴ ἦτοι Ὀκτώηχος περιέχουσα τὴν καθημερινὴν ἀκολουθίαν, id est: *Parakletike seu Octoechos continens quotidianum officium*, p. 77 – 483; 3° *Exaposteilaria* et undecim matutina *Idiomela* Resurrectionis, pag. 483 – 492; 4° *Theotokia Apolytikia* ad unumquemque tonum, quae cantantur in toto anno, p. 492 – 501; 5° *Canon Parakletikos* minor ad Sanctissimam Virginem, p. 501 – 508; 6° *Canon Acathisti Hymni* ad Sanctissimam Virginem, p. 508 – 512; 7° „*Antiphona*“ ad sacram Li-

¹ De aliis partibus quae ex hac *Panthecte* absque utilitatis detrimento tolli possent, cf. S. SALAVILLE, *Liturgies orientales*, Parisiis, Bloud et Gay, 1932, p. 193–194 (in collectione encyclopedica cui titulus „Bibliothèque catholique des sciences religieuses“).

turgiam seu Missam et „*Koinônika*“ per hebdomadam, p. 512 – 513. Tomus secundus et tomus tertius exhibent quamdam abbreviationem Menaeorum; secundus quidem paginis 620 constans, a prima die Septembris ad finem Januarii; tertius vero, 539 paginis constans, a primo die Februarii ad finem Augusti. Hi duo tomi habent in fine utilissimum supplementum cui titulus Ἀκολουθίαι ἀνώνυμοι, *Officia anonyma*, quae nostro latino *Communi Sanctorum* aequivalent.

Tomus quartus, 621 paginis constans, *Triodion* quadragesimale continet; *Pentecostarion* vero tomus quintus, 299 paginis constans.

Ex omnibus his indiciis profecto patet quinque tomos Anthologii Atheniensis posse comparari cum quatuor „Partibus“ (hiemali, verna, aestiva, autumnali) Breviarii latini atque pari ratione libros esse portatu facillimos.

Ultima editio orthodoxa Anthologii graeci, curis archimandritae Anthimi Mazaraki revisa, prodiit Venitis anno 1882, typis qui dicebantur „Phenicis“: in 4°, 568 et 104 paginae, cum duobus columnis in pagina.

Editiones Anthologii non graecae.

Neque graeci tantum Anthologio usi sunt. Quin omnes non graecas editiones recensere possimus, satis sit hic memorare Anthologium slavicum in Rumenia (Câmpalung) anno 1643 editum, cui titulus: *Anthologion siest Tsvetoslov ili Tryphologion*, „Anthologion, id est Tsvetoslov seu Tryphologion“.¹ Vox quidem *Tsvetoslov* est slavica versio graecae vocis Anthologion; vox ero *Tryphologion* (ex graeco τρύφος, quod significat fragmentum) designat liturgicorum fragmentorum seu excerptorum compilationem.

Anthologium in rumena lingua, sed cum slavicis litteris, typis editum fuit Rimnicae anno 1705: *Anthologion adek floarie Cuvintelor*.²

Liceat tandem indicare recentiore editionem slavicam Viennae anno 1855 typis excussam ad usum praesertim Serborum. (Volumen in 4° constans 900 paginis, sed nihil aliud continens nisi compendium quoddam Menaeorum.)

¹ Bianu et Hodos, *Bibliografia românescă veche*, Bucarest, 1903, t. I. p. 128, 136, 536.
— ² *Id.*, *op. cit.*, p. 462.

Catholicae editiones Anthologii graeci.

Ut jam notavimus, omnes Anthologii editiones hactenus recensitae originem habuerunt in Ecclesia orthodoxa atque ad usum orthodoxorum prodierunt. Satisque mirum videri potest hujusmodi compilationem multo majorem successum apud orthodoxos obtinuisse quam apud catholicos ritus orientalis.

Notandum tamen remanet exstare catholicam Anthologii editionem Romanis typis exaratam, quae, licet suis profecto defectibus non careat, faustam tamen quam merebatur fortunam non obtinuit. Quamvis enim catholicum istud Anthologion diligentissima cura ab ANTONIO ARCUDIO, sacerdote byzantini ritus ac liturgicarum rerum peritissimo, sid redactum, praevio examini specialis Commissionis Cardinalium subjectum ac demum Litteris Apostolicis „Romanus Pontifex“ (die 30. Julii 1598) a Clemente VIII adprobatum et typis Vaticanis editum, nonnisi apud italo-graecos aliquam divulgationem habuit.

Ceterum, audiamus Leonem Allatium de Anthologio Arcudii scribentem suumque de isto opere iudicium proferentem.

„Addam his omnibus (libris) *Νέον Ἀνθολόγιον, Novum Florilegium*, qui erit vigesimus tertius (liber liturgicus), ab Antonio Arcudio Romae anno 1588 editum in 4°. Cum enim ipse quamvis pium, et accuratum, prolixum tamen atque diffusum divini celebrandi Officii considerasset, ideoque ob penuriam librorum, secumque tot volumina deferendi molestiam, presbyteri vel monachi graeci, qui dictum officium recitare tenentur, munus suum non recte obeant, ista jubente Julio Antonio Sanctorio Cardinali, nationis Graecorum protectore et parente humanissimo, pro iter agentibus, et aliis qui quamcumque ob causam choro interesse non possent et graeco ritu viverent, ex tot voluminibus divinum graecorum officium in Breviarium seu compendium redegit, quemadmodum et Orientales Graeci *Anthologium* habent, licet imperfectum, ut Arcudius ait, ediditque.

„Quid vero in hoc Anthologio contineatur, habeto tibi ex ejusdem Arcudii verbis: *Complectitur autem hoc Breviarium Rubricas generales, Psalterium cum Canticis, juxta septuaginta interpretes, ex nova Veteris Testamenti recognitione et editione; Horologium, Officium feriale (Parakletike seu Octoechos) Officium τῆς ἀναστασίμου Ὀκτωήχου μετὰ τῶν ἑνδεκά ἑωθινῶν εὐαγγελίων τε καὶ ἐξαποστειλαρίων ἀναστασίμων: Pentecosta-*

tion, *Officium Corporis Christi, Officium defunctorum, στιχηρά, δόξας, καθίσματα*, atque *lectiones Sanctoum communium, simplicium ac propria eorum synaxaria seu gesta, quorum apud nos dies festi celebrantur; Domini Solemnitatum Sanctissimaeque Genitricis Dei Mariae caeterorumque insignium tum duplicium tum semi-duplicium festorum dierum Sanctorum integra per annum officia. Simplicium vero Festorum Canones, seu lectiones proprias, ob operis magnitudinem vitandam, non ponimus, sed communes Sanctorum lectiones congruentes assignamus. Denique quidquid omnino in viginti illis voluminibus sparsim fuseque continebatur, id totum brevius collectum hoc libro uno praestringitur*"¹

Ex hac brevi descriptione ab ipso redactore exarata unusquisque circa res orientales aliquantulum versatus facile intelligere potest *Novum Anthologium* Antonii Arcudii esse et ipsum, suo utique modo, verum Breviarum catholicum ad byzantinum ritum accommodatum. Ipsa usurpatio quorundam latinorum vocabulorum: *duplicium, semi-duplicium, simplicium*, quamvis ex una parte ansam censurae praebeat, ad comparationem cum Breviario latino ex altera parte non parum confert.

Peculiare festum et officium Corporis Christi, ut candidus lector in citatis Arcudii verbis animadvertere potuit, jam invenitur in *Novo Anthologio*. Officium fortasse non ex omnibus partibus perfectum, dignum tamen quod singulas orientales catholicas Ecclesias ad imitationem impelleret. Quod quidem et de ipso toto libro dicendum profecto est.

Quidquid enim minus benigne sentiat Allatius, cujus verba mox recitabimus, certe standum est opinioni quam ita proferebat cl. Cyrillus Charon (Korolevsky) in suo eruditissimo opere *Le rite byzantin dans les patriarchats melkites (Alexandrie, Antioche, Jerusalem)*, Romae, Typis S. Cong. de Propaganda Fide, 1908, p. 209: „Il serait à désirer qu'un bréviaire, conçu à peu près sur le plan qu'Antoine Arcudius imagine au XVI^e siècle et que Clement VIII approuva pour la récitation privée, soit rédigé. Mais quand verrons-nous ce vœux réaliser?"

Re quidem vera dolendum est *Anthologium* Arcudii non obtinuisse

¹ L. Allatius, *De libris ecclesiasticis Graecorum dissertatio 1a*, in fine, p. 104—105. Videas titulum completum *Novi Anthologii*, simul cum clausula finali, necnon epistolam Antonii Arcudii dedicatorem ad Clementem Papam VIII in *Bibliographie hellénique ou description raisonnée des ouvrages publiés en grec par des Grecs aux XV^e et XVI^e siècles*, par Emile Legrand, t. 11 (Parisiis, 1885), p. 127—131.

illum successum quem ipse redactor post quidecim annos laboris sperare poterat et quem Summi Pontificis approbatio faciliorem certioreque efficere videbatur. Hic citare iterum juvat Leonem Allatium, non tamen absque gravi diffidentia de suo nimis severo erga Arcudii opus iudicio.

„Liber tamen, ait Allatius, tot laboribus et annorum dispendio absolutus, nullo plausu exceptus est. Monachi qui Tusculi Basilianam normam sequi se profitentur, eorumque asseclae, quod meliora non habeant, cum iter agunt, eo utuntur et breviori incommodo se extricant. Et sane in intra Sanctorum Patrum terminos se continuisset Arcudius, neque plus sapere quam ipse divinus Spiritus voluisset, opus neque inutile neque incommodum Orientalibus etiam Graecis (nempe orthodoxis) fuisset. Verumtamen, cum vetera immutat, integra obtruncat, perfecta immiscet, et de suo addit incompta atque insulsa neque cum Graecis ipsis communia, stomachum sapientibus movit, et opus alias laudabile dehonestavit.“¹

Opus alias laudabile; opus neque inutile neque incommodum: inter alia minus amaena, haec epitheta retineri queunt ut iudicia a partium studio aliena.

Altera editio romana catholici Anthologii graeci typis S. Congregationis de Propaganda Fide anno 1738 excussa fuit.

Conclusio.

Ex dictis patet necessitatem aliquantulum abbreviandi officii quotidiani, ideoque ampliorem liturgicam bibliothecam ad unum librum reducendi, eodem fere tempore, nempe jam a saeculo XI^o, in Oriente simul ac in Occidente esse perceptam. *Anthologion* enim graecum eadem originem habet quam *libri nocturnales* latine ac deinde *Breviarium Curiae* et *Breviarium Franciscanorum*.

Quidquid sit de obligatione vel de non obligatione canonica recitationis privatae officii quotidiani,² copiosus numerus manuscriptorum necnon editionum typis excussarum tam in graeca lingua quam in slavica et in rumena, luculenter demonstrat ipsis orthodoxis cordi fuisse

¹ Allatius, op. cit., p. 105—106. — ² De hac quaestione cf. JEAN DESLANDES, *L'Obligation de l'office chez les Orientaux*, in periodico *Echos d'Orient* t. XXXI, 1932, p. 129—143.

recitationem privatam et usum Anthologii etiam in itinere et in cella.

Dolendum igitur certe est vel ipsam cognitionem Anthologii multos Orientales catholicos fugisse, maximeque optandum ut, favente et adprobante auctoritate ecclesiastica, iterum diligenter elaboretur *Anthologion* ut conficiatur verum Orientale Breviarium.

Illa enim sola exstitit differentia hac in re Orientem inter et Occidentem, quod in Occidente auctoritas ecclesiastica usum Breviarii cunctis paulatim injunxit, priscis libris sepositis, dum in Oriente nulla fuit auctoritas quae Anthologion, caeterorum tam multorum librorum loco, imponeret.

Neque dicatur, quod quidem saepe saepius sed cum veritatis injuria auditur et legitur, *Horologion* seu *Časoslov* esse Breviarium ritus byzantini. Contra talem hujus vocabuli abusum non possum, pro parte mea, nisi vehementi voce reclamare. Non tantum enim *Horologion* non est Breviarium, sed nec ipsas solas Horas diurnas integras recitare sinit, cum careat Vesperarum tropariis quae in ritu byzantino maximi momenti sunt; ideoque et ipsum nomen „*Diurnale*“ non sine aliqua explicatione Horologio applicari potest.¹ *Horologion* sane permittit recitationem Horarum minorum et Completorii, non autem Vesperarum neque officii nocturni seu Matutini.

Nihil aliud ergo remanet concludendum, nisi ut optemus catholicos byzantini ritus studio Anthologii sedulo incumbere, ut jam non nimiam moram patiatur nova, eaque certe emendatior ac perfectior, editio, quae Breviarium orientale vere dici et esse possit.²

¹ Notetur haec animadversio, ne in errorem conjiciatur candidus lector ex titulo operis a R. P. Nilo Borgia conscripto *Ὁρολόγιον, Diurno delle Chiese di rito byzantino* („*Orientalia*“, t. XVI, No 56, Romae et Cryptae Ferratae, 1929).

² Ut iterum auctoritatem appellemus scriptoris in liturgicis rebus byzantinis eruditissimi, juvat et hic exscribere verba quibus idem optatum proferebat cl. Cyrillus Charon-Korolevsky: „ Que des études soient entreprises pour arriver à la rédaction d'un grand Anthologe ou Bréviaire en quatre volumes, permettant la récitation privée pieuse, commode, intéressante et variée de l'office divin.“ (*Le rite byzantin dans les patriarchats melkites*, Romae, Typis S. Cong. de Propaganda Fide, 1908, p. 243 = „*Chrysostomika*“, p. 715.)

Н. Ф. ФЕДОРОВ.

О Николае Федоровиче Федорове Лев Толстой сказал: „я горжусь, что живу в одно время с подобным человеком“. „В одном Федорове — писал А. Л. Волынский — искупление всех грехов и преступлений русского народа ... его рождением и жизнью оправдано тысячелетнее существование России“. Вл. С. Соловьев называл Федорова „дорогим учителем и утешителем“ и считал, что его учение-проект (который Соловьев разделял *безусловно*), „есть первое движение вперед человеческого духа по пути Христову“. Наконец, Ф. М. Достоевский, пожалуй, наиболее близкий по духу к Федорову, называл мысли последнего *своими мыслями* и выражал свое *полное* согласие с ними.

Таковы самые первоначальные сведения о том, кого о С. Булгаков назвал, „таинственным мыслителем“. — Исключительная личная скромность, доходившая до святости; боязнь рекламы и абсолютное нежелание хотя бы самым отдаленным образом сблизить творения своего духа и деньги (что неизбежно для каждого малоимущего автора в наше время) объясняют почему о Федорове известно так мало и почему так поздно мысли его начинают приобретать заслуженное распространение. Он ни за что не соглашался опубликовывать свои писания при жизни; вообще печатался крайне редко и всегда под псевдонимом. Лишь после его смерти, ближайшие ученики и последователи (В. Кожевников и Н. Петерсон) издали в 1906 году основные произведения усопшего мыслителя под общим наименованием „Философия общего дела“. Уже к началу мировой войны это издание стало библиографической редкостью. В 1928 году группа „федоровцев“ предприняло переиздание Философии общего дела, продолжающееся до сих пор. Одновременно появились сочинения разных авторов, развивающие Ф. О. Д. или примыкающие к ней. Интерес к Ф. О. Д. с годами расширяется и усиливается. Это и не удивительно — если принять во внимание всеобъемлющий, многогранно-синтетический и глубокодейственный характер этого учения, названного самим основателем „проэктивизмом“.

Широте федоровского охвата соответствует глубина и ясность единой основной мысли. А. Горностаев подготовил к изданию большое сочинение: „Н. Ф. Федоров и современность“, систематически излагающее мысли Федорова, в следующем порядке: 1. Проекти-

визм и борьба со смертью (вышло в свет в Харбине, в 1928 г.), 2. Теология и антропология Федорова, 3. Наука искусство и труд воскресения, 4. Современная война и учение Федорова о всеобщей повинности возвращения жизни. Приведенный перечень отнюдь не исчерпывает все тематическое многообразие федоровского наследия. В частности, остались незатронутыми историко-софические и собственноисторические изыскания Федорова . . . Недавно опубликованный замечательный труд Н. А. Сетницкого „О конечном идеале“ (Харбин, 1932, стр. 1-352) является еще новым свидетельством необычайной силы воздействия и плодотворности федоровских идей. Одновременное внимание к этим идеям со стороны самых разнообразных, иногда противоположных кругов (церковных и атеистических, советских и эмигрантских, научно-технических и философских и т. д., включительно до „советского президента“ Калинина и М. Горького) - заставляет предполагать великое будущее всей системы в целом. Однако, перейдем к знакомству с лицом и образом мыслей того, кто заставляет делать подобные предположения.

Н. Ф. Федоров родился в январе-апреле 1828 года. Его отец, князь Павел Гагарин принадлежал к числу самых родовитых и знатных кругов тогдашней русской аристократии; вместе с тем, он был образованным и много наблюдавшим человеком. Через отца Федоров состоял в близком родстве с известным анархистом кн. Петром Кропоткиным. Матерью Федорова была по одним сведениям крестьянка, по другим (более достоверным) пленная черкешенка. В качестве внебрачного сына, Федоров не мог получить всего, на что в праве был бы рассчитывать законный Гагарин; тем не менее, его детство и первоначальное образование были обставлены хорошо. Он окончил гимназию в Тамбове, после чего учился в Ришельевском Лицее, в Одессе. Между 1854 и 1868 годами он служил преподавателем географии и истории в провинции, а с 1868 г. и до смерти (он умер 15/28 декабря 1903 года) — состоял бессменным библиотекарем Румянцевского Музея, в Москве. Таким образом, сознательная жизнь Федорова протекала в период, когда старая крепостная Россия перерождалась в иную, мятущуюся Россию, искавшую нового пути, и даже до сегодняшнего дня не могущую ответить на роковой вопрос: „камо годишься?“ Ревенком, он виделся с участниками Отечественной войны, и даже с деятелями екатерининского времени. Позже, он мог наблю-

дать сторонников декабристов; при нем произошла Севастопольская катастрофа, освобождение крестьян; а позже — поворот правительства имп. Александра III и мн. другие события, подготовившие стиль и характер русского двадцатого века. От мистиков Александра I, через сложное цветение русской литературы эпохи Николая I, через „нигилистов“, „восьмидесятников“ . . . Достоевского, Толстого, Леонова . . . включительно до „русских марксистов“ и „богостроителей-социалистов“ — таково прохождение Федорова, с чисто внешней стороны. Семьдесят пять лет жизни — и какой жизни! — к этому надо прибавить необыкновенную разносторонность образования Федорова, его несравненную эрудицию. „Буквально во всем — сообщает биограф — он шел всегда впереди общепризнанных авторитетов и специалистов.“ Знал древние и новые языки, одно время увлекался китайской письменностью. Вместе с тем, это был подвижник, праведник. Толстого поражал образ жизни Федорова. Однажды, он записал в своем дневнике: „Николай Федорович — святой . . .“ Он не обладал никаким имуществом. В лютые морозы ходил одетый в легкое пальто. В зиму 1903 года простудился и умер от воспаления легких. Его тело покоится на кладбище Скорбященского женского монастыря, на кресте надпись „Христос Воскрес“.

Полное заглавие сочинений Федорова называется так: „Вопрос о братстве или родстве, и причинах небратского, неродственного т. е. немирного состояния мира, и о средствах к восстановлению родства“ (Записка от неученых к ученым, духовным и светским, к верующим и неверующим).

Если спросить: В чем основной смысл произведений Федорова, то кратко ответить можно так: в реализации Богосыновства; или — в проекте преображения человека, природы и всего космоса; или — в построении всей жизни по образу и подобию Пресвятой Троицы — неслиянной и нераздельной. По вере Федорова — в этом построении состоит назначение человека, в этом его призвание на земле, данное ему Богом. „Всякое знание, всякая теория должны стать рабочей гипотезой, философия — планом, символ — проектом, догмат — заповедью. Вера без дел — мертва.“ Но какое дело единственно важное? — То, о котором учит Христианство. Федоров призывает верить во Христа-Спасителя. „Христианство есть не учение только об искуплении, а именно самое дело искупления.“ Дело воскрешения — спра-

шивает Философ — должно ли быть делом Божиим или человеческим? ... „воскрешение ест дело Божие, совершаемое при участии всех людей.“ Ибо — „как смерть через человека, так через человека и воскресение мертвых“ (Кор., 15,21). „Проповедь жизни, бессмертия и воскресения есть сущность учения Спасителя: Христос есть воскреситель; неперенное же условие спасения, уподобление верующего Христу, должно выражаться не в одной вере в Спасителя, но и в самом деле спасения; человек из пособника смерти, каким он, вольно или невольно, бессознательно или умышленно, был доселе — станет орудием жизни, силою животворящею... Царство Божие, во исполнение воли Божией, Богом направляемое, Им через нас осуществляемое, есть произведение всех благих сил и способностей людей в их совокупности; результат полноты знания, глубины и чистоты чувства и могущества объединенной святой воли.“

Беды происходят от небратства. „Не имея общего дела, Христианство стало индивидуализмом, т.е. спасением только личным, вместо общего спасения.“ — Религия и наука, духовенство и ученые — и все вообще — должны соединиться, чтобы участвовать в общем деле Бога и человеков — воскрешении всех людей. Только когда начнется это Общее Дело — прекратится рознь и человечество достигнет совершеннолетия. „Как, каким путем род человеческий достигнет такого состояния? Или же не останется ли род человеческий навсегда под игом слепой силы, поражающей его голодом, язвою и смертью? Другими словами: будет ли род человеческий орудием Божией воли, и тогда объединение получит прочность в труде познания и обращения слепой смертоносной силы в животноносную? Или же род человеческий вечно будет противником Божественному велению, вечно будет придумывать орудия взаимного истребления и орудия для истощения земли и вообще природы?“

Федоров ставит вопрос о соотношении Бога, природы и человека. Из возможных четырех воззрений (1. Бог, природа и человек — нечто цельное, пантеизм. 2. Бог отделен от природы и человека — дуализм. 3. Бога вообще нет, а есть природа и человек — материалистический атеизм. 4. Бог, человек и природа находятся в иерархическом соотношении — христианское воззрение) он подробно разбирает и обосновывает то, которое присуще Христианству. „Не удалять следует Бессмертное Существо от мира, оставляя мир

смертным, несовершенным; как не должно и смешивать Бога с миром, в коем царствуют слепота и смерть; задача заключается в том, чтобы и самую природу, силы природы обратить в орудие всеобщего воскрешения и через всеобщее воскрешение стать союзом бессмертных существ.“ В этом именно и состоит уподобление Троице.

„Божественное Существо, Которое Само в Себе показало совершеннейший образец общества; Существо, которое есть единство самостоятельных бессмертных личностей, во всей полноте чувствующих и сознающих свое неразрываемое смертью, исключающее смерть единство — *такова Христианская идея о Боге*, т. е. это значит, что в Божественном Существое открывается то самое, что нужно человеческому роду, чтобы он стал бессмертным. *Троица — церковь бессмертных*, и подобием ей со стороны человека может быть лишь *церковь воскрешенных*.“

Отсюда — одна из заветнейших идей Федорова, что богословие должно обратиться в богодействие. „Казалось бы, *что* может быть важного в вопросе об едином или подобосущии? о том, одна ли только божеская или и человеческая природа во Христе? одна или две воли в Нем? Но стоит только перенести эти вопросы на практическую почву, т. е. принять их за закон, за правило действия, чтобы понять — какой важный шаг сделало воскрешение, когда были разработаны его метафизические основы. Показывая, что Христос был не только Бог, но и действительно человек, тем самым доказывалась и необходимость деятельности самого человека в деле воскрешения, и не только нравственной, но и умственной, и физической, материальной. Соединяя во Христе два естества, две воли, двойное действие, тем самым признавали необходимость в деле искупления или воскрешения двух волей, действующих в полном согласии“.

Сущность Благой Вести в том и состоит, что человеку заповедано строить мир и спасение. История — не бессмысленна; она — конструктивна, или — как чаще выражается Федоров — *проективна*. А проект всех проектов истории есть всеобщее воскрешение. „Воскрешение — не мысль только, но и не факт, оно проект; и как слово или заповедь, как Божественное веление, оно есть факт совершившийся, а как дело, исполнение, оно — акт еще неоконченный; как Божественное оно уже решено, как человеческое — еще не произведено“.

На вопрос — какими силами и средствами надо достигать осуществления проэкта всеобщего спасения, Федоров отвечает, что следует начать с организации природы. Знание, но не отвлеченное, не магическое, но целостное и просветленное Духом Христовым, должно вести человека по пути осуществления того, что составляет высочайшее из его призваний. „Требование превращения слепой смертоносной силы в разумную и живоносную, есть требование, заключающееся в догмате Троицы, а исполнение этого требования и составляет *дело* человеческого рода“ „Человек, как собирательное разумное существо и делается *разумом вещей*: феномены обращаются в его деяние, а знание, т. е. само человечество в совокупности, как носитель знания, делается нуменом этого процесса“. Когда это совершится, т. е. „с объединением знания и действия — созерцание обратится в представление того, *что* должно быть, т. е. в *проэкт*, а действие, бывшее при бессознательном отношении к историческому процессу взаимным истреблением, станет всеобщим воскрешением.“

Учение о воскресении, говорит Федоров, в течение истории подвергалось различным изменениям точно так же, как учение о Троице и бессмертии. Протестантизм с недоверием отнесся к учению о Троице, ибо самого слова „*Троица*“ не находил в Писании. Так называемая „просвещенная мысль“ современного человечества вовсе не находит присутствия Бога в мире. С другой стороны, деизм — отделяет мир от Бога. По этому поводу в Философии Общего Дела читаем: „Не отделяя человека от мира, мы можем сказать, что не Бог внемирен, а мир с человеком стал внебожен (или безбожен), на сколько он это может. Не Бог оставил мир, а человек с миром оставил Бога“. Их воссоединение только и может быть *свободным* актом самого человека. А путь к воссоединению — организация союза бессмертных существ, по образу и подобию Троицы... Было время, когда учение о воскресении „заменялось бессмертием души, т. е. признали кроме мира, доступного чувствам, еще иной мир, чувствам недоступный, трансцендентный; но критицизм признал трансцендентным миром (так сказать, внемирным), только субъективное мысленное существование. На самом же деле бессмертие не может быть признано *ни субъективным* только, *ни объективным*: оно *проэктивно*. Мир, каков он в настоящем, каким он дан нам в опы-

те, но в опыте, так сказать, пассивном, есть только совокупность средств для осуществления того мира, который дан нам в мысли, в представлении, и который мы представляем себе существующим вне чувственного мира; но это осуществление или воссоздание должно быть имманентным; оно не выступает из пределов доступного человеку, из пределов активного опыта, ибо и смерть не выступает из пределов опыта, иначе злу, смерти, разрушению пришлось бы придать значение безусловного“. Без сомнения, как это и определено в Писании *восстановленный мир и воскресшее и спасенное человечество явятся преображенными*. „Требуется преобразование посясторонней земной действительности, распространяемое на все небесные миры и сближающее нас с неведомым нам потусторонним миром“. — „Если — говорит А. Горностаев — в недрах русского Православия таится, как утверждал Достоевский, некий сокровенный план объединения и спасения всего человечества“ — то, повидимому, федоровскую Философию Общего Дела и можно признать одним из проектов такого спасения. Ведь не даром именно Достоевский „прочел мысли Федорова как бы за свои“.

К. А. Чхеидзе.

Библиография: 1. П. Ф. Федоров „Философия Общего Дела“ т. е. вып. 1, 2. 3. А. Остромиров „Биография Н. Ф. Федорова“. 4. А. Остромиров „Н. Ф. Федоров и современность“. 5. А. К. Горностаев „Рай на земле“ (Достоевский и Федоров). 6. А. К. Горностаев „Перед лицом смерти“ (Толстой и Федоров). 7. Проф. Н. Устрялов „Проблема прогресса“. 8. Н. А. Сетницкий „О конечном идеале“. — Все перечисленные издания вышли в Харбине, между 1928 и 1932 г. г.

HUMBERTUS DE ROMANIS EIUSQUE IDEAE DE UNIONE GRAECORUM

INTRODUCTIO

Labor noster automaticè ipso themate in duas partes principales dividitur: prima de Humberto de Romanis in se historica: altera de eius ideis de Unione Graecorum, potius theologica, quamvis historia non absolute excludatur. —

Sicut iam nobis notum est ex optimis dissertationibus M. R. PP. Karamitrof et Bas. Vingas — saeculo 13. multa facta sunt pro unione

Graecorum cum Ecclesia Romana. Primus maximus passus ab *Innocentio III.* factus est. – Incipiente quarta parte huius saeculi Theobaldus Visconti factus papa *Gregorius X.*, qui ex Oriente ad Thronum Apostolicum vocatus, 2. Septem. a. 1271, pro programme totius sui clarissimi pontificatus duo habuit: scilicet, recuperationem Terrae Sanctae et Unionem Graecorum cum Ecclesia Catholica – quae unio unice per viam pacis fieri debuit. – Ad suum propositum facilius attingendum Gregorius X. virorum eximiorum opem quaerebat: inter hos non parvam partem B. Humbertus de Romanis, quintus Magister Generalis FF. Praedicatorum habuit. –

Ante omnia nobis notandum est, unionem Ecclesiarum et recuperationem Terrae Sanctae non solum postulatum caritatis, pietatisve, aut zeli apostolici – sed *totius characteris eiusdem temporis* fuisse.

Nam in *Innocentio III.* idea *universalis monarchiae papalis* suum culmen attigit, in qua etiam necessitas unitatis ecclesiarum maxime persuadebatur et in conscientiam venit. Hoc tempus fuit culmen universalis potestatis papalis et origo maximi certaminis inter potestatem imperialem – praecipue cum Friderico II. – et inter potestatem politico-ecclesiasticam Ecclesiae Romanae. – Mediante 13. saeculo Ecclesia super Imperium triumphabat – sed simul motus contrarii apparere coeperunt. Quasi per unum saeculum subiectione imperii durante, potestas ecclesiae super animas magis et magis diminuebatur et Imperium supra papam dominari conabatur. Hoc sub papa *Bonifatio VIII.* in tantam disharmoniam et contrarietatem pervenit, ut unica energica interventio regis Galliae Ecclesiam et papatum quasi ancillam status – Imperii facere sufficiebat. – Persona B. Humberti de Romanis quasi in exordio interritus potestatis mondialis papae stat. – Mortuus est tribus decenniis ante eius ruinam. –

Hoc momentum valde necessarium ad universalem intellectionem Humberti et eius historici valoris est, quia in ipso quasi totus status totius illius saeculi concentratur. Humbertus stat in tempore, cuius evolutio spiritualis et idealis iam perfecta erat, proinde *cultus unitatis universalis ecclesiae* tamquam propriissima qualitas eius personae et obiectum formale QUO omnium eius actionum manifestatur. Valor historicus B. Humberti – etiam nullo respectu habito ad eius valorem pro Ordine Praedicatorum – in hoc proprie est, quod ipse ex hominibus sit, qui periculum aedificii Ecclesiae perspexerint, quapropter cum persuasione

totius suae essentiae ad eius salvationem omnibus modis ad laborabat.
– Ex hoc etiam eius magnus zelus pro Unione Ecclesiarum intelligendus et ex parte explicandus est.

De fontibus et libris adhibitis

Fontes et libri respiciunt utramque partem laboris nostri: de B. Humberto et eius ideis de Unione Graecorum. –

Fons primarius pro ideis Humberti de Unione Graecorum est eius „Opusculum Tripartitum“, de quo fusius sermo in secunda parte erit. –

P. Grabbe: Concilia omnia, tam generalia quam particularia . . . Coloniae Agripinae, J. Quentel, a. D. 1551., t. 2, pp. 967 – 1003.

Mansi: Amplissima collectio conciliorum . . . Paris & Leipzig, Welter, 1903, t. 24, 109 – 136.

Martène-Durand: Veterum Scriptorum et Monumentorum . . . amplissima collectio, Parisiis, 1733, t. VII., col. 174 – 198.

Mabillonii manuscriptum Vaticanum Reg. lat. 880, fol. 60 – 73.

Reichert: Monumenta ordinis Fratrum Praedicatorum historica, Romae 1890

Berthier: Opera Humberti de Romanis , Romae 1888 – 9.

Altaner: Die Dominikanermissionen des 13. Jh., Breslau 1924.

B. Birckmann: Die vermeintliche und die wirkliche Reformschrift des Dominikanergenerals Humbert de Romanis. Abhandl. z. mittl. u. neueren Geschichte, Heft 62, Berlin 1916.

Cantipratani (Cantimpré): Bonum universale de apibus, Duaci 1627.

Chapotin M. D.: Histoire des Dominicains de la province de France, vol. I. Rouen 1898.

Denifle-Ehrle Archiv für Litteratur – u. Kirchengeschichte des Mittelalters Berlin, 1885 – 1900.

Echard-Quétif: Scriptores ordinis Praedicatorum, Parisiis, 1719, vol. I., p. 141 – 148.

Hampe K.: Ein ungedruckter Bericht über das Konklave von 1241 im römischen Septizonium. – Sitzungsberichte der Heidelbg. Akademie der Wissenschaften. Heidelberg, 1913, Abhandlung I.

Joelson O.: Die Papstwahlen des 13. Jh., Hist. Stud., Heft, 178, Berlin 1928.

Auer J.: Studien zu den Reformschriften für das II. Lyoner Konzil, Freiburg 1910.

Michel K.: Das Opus tripartitum des Humbertus de Romanis, 2. umgearb. Aufl. Graz 1926.

Heintke F.: Humbert von Romans, der fünfte Ordm. der Dom., Historische Stud. Heft, 222, Berlin 1933.

Mortier A.: Histoire des maitres généraux de l'ordre des Freres Precheurs Paris, 1903, vol. I. 415.

Mortier Histoire abrégée de l'ordre de Saint-Dominique en France, Tours 1920.

Ripol-Bremont Bullarium Ord. Praed. Romae, 1729, vol. I.

Mandonnet: Les Freres Precheurs et le premier siecle de leur histoire, Paris 1918.

Seppelt F. X.: Der Kampf der Bettelorden an der Universität Paris“, Kirchengesch. Abhandl. 3 – 6, Breslau 1908. –

Jallonghi E.: La grande discordia tra l'Universita di Parigi e i Mendicanti, Schola Cattolica, vol. 13 – 14, Milano 1917 – 18.

Bierbaum M.: Bettelorden und Weltgeistlichkeit an der Universität Paris, Münster 1920.

Denifle-Chatelain Chartularium Universitatis Parisiensis, tom. I., Paris 1889.

Gui Bernard: Libellus de ordine Praed., Marténe, t. VI.

Sütterlin B.: Die Politik Kaiser Friedrichs II. und die römischen Kardinäle in den Jahren 1239 – 1250. – Heidelberg 1929, Heft 58.

Walz A.: Compendium historiae ordinis Praedicatorum, Romae 1930.

Wenck K.: Das erste Konklave der Papstgeschichte. Quellen und Forsch. aus ital. Arch. und Bibl. B. 18, Heft I., Rom 1926.

Hefele-Knöpfler: Konziliengeschichte, Bd. VI., 2. Aufl., Freiburg 1890.

Hofmann G.: Praelectiones de Hist. Byzantina et de Apostolatu Catholico in Oriente christiano, Institutum Orientale 1932 – 1933.

PARS PRIMA:

DE B. HUMBERTO DE ROMANIS

Haec pars subdividitur in tria capitula:

1. Vita et figura moralis Humberti de Romanis.
2. Scripta Humberti de Romanis.
3. Opusculum Tripartitum Humberti de Romanis.

Capitulum primum

VITA ET FIGURA MORALIS HUMBERTI DE ROMANIS

§ 1. – *Natus* est Humbertus cca a. 1200 in Romans apud Valence in Arelat. In documentis nomen eius diversimode variatur: Hymbertus, Umbertus, Imbertus, Ymbertus, Ubertus – de Romanis vel Burgundus vel Viennensis.¹ Inter multos filios piorum parentum natu minimus fuit. Familia nobilis et sat dives erat. Duo eius fratres Parisiis studia faciebant et familia saepissime hospitio monachos – praecipue Carthusianos – in sua domo recipiebat. Cantimpre de ipso dicit „vir generosus et spectabilis genere“.²

Modo missus est „satis iuvenculus“³ Lutetias ad studia peragenda. Studuit iuri. – Remansit semper devotus et fere ad praedicationes audiendas ecclesias adibat.⁴ Clam etiam cilicium portabat. Parisiis cognovit novum tunc ordinem FF. Praedicatorum, qui ibi tunc coepit maxime florere. Forsitan s. Fundatorem ibidem cognovit. Desiderio sanctitatis ductus ipsum Ordinem amplexus est apud s. Jacobum die 30. Novombris 1224; ipsum secutus est eius carissimus amicus Hugo a s. Caro, primus cardinalis postea ex ordine Praedicatorum.

§ 2. – *Lugdunium* modo missus est et factus magister s. Theologiae. Paulo post prior conventus lugdunensis factus. Ipsum etiam in Terra Sancta fuisse tradunt historici⁵ conicientes ex ipsius verbis in Opusculo Tripartito, p. I., c. 7.: „Vidi ego oculis propriis qui tractatum istum conscripsi, capellam in qua se receperant Saraceni, qui ibant

¹ Wenck: Das erste Konklave , pg. 162. — ² Bonum univ. , pg. 585. — ³ MOPH, I, p. 171. — ⁴ Ibid. — ⁵ Mortier, Histoire abrégée . , p. 78; Histoire des maitres, I., p. 425; Chapotin, I., 367; Michel, p. II., Echard, I., p. 142.

cum Frederico imperatore et dicebantur pro certo, quod ibi dormiebant noctu cum mulieribus ante faciem crucifixi “ De hoc tamen certo non constat. Heintke¹ hoc negat.

Finito prioratu Lugduni a. 1238 – 1243(?) provinciam Romano-toscanam regebat.² Tamquam provincialis optima merita habuit pro bono ecclesiae, adeo ut candidatus throni apostolici assignari mereatur. Thomas Cantimpranus dicit:³ „Adeo Romanae curiae gratosus et charus fuit ut eum plures cardinales in papam eligerent eo tempore, quo dominus Innocentius quartus in Apostolicum est assumptus.“ – Haec electio candidati extranei Collegio cardinalitio a. 1241 non fuit propter resistentiam senatus romani publicata et revocata erat.⁴

Anno 1244 vel 1245 initio prior provincialis Franciae factus est. –

§ 3. – *In Magistrum Generalem* ordinis Praedicatorum unanimiter electus est in capitulo die 31. Maii 1254 Budae celebrato. Quartus successor post s. Dominicum in supremo regimine ordinis factus statim incepit suam organisatoriam et legislativam activitatem. Non est nostrum hic de hac eius activitate loqui. Solum perpauca commemoramus. – Instituit sic dictum Procuratorem generalem Ordinis apud curiam papalem, qui debuit repraesentare ordinem apud Curiam – quasi „minister pro rebus externis“ Iste etiam partes ordinis tenere debuit apud Curiam contra inimicos exsurgentes etc. – Humbertus praedicando de loco in locum transibat, ubique bonum Ecclesiae et animarum et ordinis promovens. Interea indefesse laborabat pro unificanda et stabilienda liturgia ordinis, fere omnia scribendo propria manu, sic dicta „exemplaria authentica“, quae adhuc conservantur in archivo generali ordinis Praedicatorum Romae et admirationem omnium videntium suscitant. – Maxima itinera pedibus ad loca capitulorum generalium valde distantia perficiebat: a. 1254 Budae, a. 1255 Mediolani, a. 1256 Parisiis, a. 1257 Florentiae, a. 1258 Tolosae in Francia, a. 1259 Valentiae in Flandria, a. 1260 Strassburgi, a. 1261 Barcelona, a. 1262 Bononiae, et ultimo 1263 Londini in Anglia. – Et non recto tramite iti-

¹ Humbert . . . , p. 32. — ² Idem, p. 33. — ³ Bonum un. . . , p. 585. — ⁴ De hac electione multum inter auctores contenditur; cfr.: Heintke, p. 34-48; K. Wenck, Das erste Konklave . . . , p. 150 etsq.; K. Hampe, Ein ungedruckter Bericht . . . , p. 13-30; O. Joelson, Die Papstwahlen . . . , etc. — Conclusio ad quam isti perveniunt est, Humbertum revera electum fuisse, sed non acceptatum solum propter „veto“ senatus Romani, qui ipsum timuit.

nera faciebat, v. gr. Budam relinquens prius Romam postea Neapolim et denique Mediolanum ad capitulum celebrandum. Et sic de caeteris.

§ 4. – Initium eius generalatus difficillimum fuit propter vehementem pugnam quae tunc temporis contra ordines mendicantes surrexit. Humbertus pro partibus mendicantium pugnat non quasi pro domo sua, sed praecipue quia in inimicis mendicantium inimicos periculosissimos pro Ecclesia et animabus videbat. Pugna eo difficilior erat, quia aliquando etiam papa Innocentius IV partes adversariorum tenere videbatur (bullae „Etsi animarum“ 21. Novembris 1254). Attamen a. 1256 triumpho mendicantium pugna finita est. Certe merito Humberti adiuti a s. Thoma Aqu. et s. Alberto Magno, qui omnes modo tranquillo, pleno persuasionis, digno bono Dei decertabant.¹

Hoc tempore Humbertus etiam suam maximam activitatem missionariam monstravit. De hoc postea loquemur.

§ 5. – Humbertus cum ordinem inter diversas difficultates et pericula per novem annos feliciter rexisset, tandem in capitulo generali Londini a. 1263 die 20. Maii absolutionem ab officio sibi instanter impetravit.² Historici³ tamquam causam indicant eius morbum vel mortem eius amici et confratris Hugonis a s. Caro († 19. Martii 1263) et desiderium magis tranquillum pro anima sua curam habere ante mortem. Sed de hoc nihil est certum; Acta capituli, quae maxime hic in considerationem venire possent, nihil quam simplicem acceptationem eius dimissionis indicant. –

§ 6. – Relicto officio Magistri generalis iterum Lugdunium venit, ubi lontanus ab omnibus varietatibus temporum suos libros continuo scribebat. Oblatas dignitates constanter renuebat; sic v. gr. Urbanus IV ei dignitatem patriarchae Hierosolymitani obtulit. Quétit⁴ verba Salanhaci invocat: „F. Humbertus de Romanis magister ordinis V renuit patriarchatum sanctae civitatis Hierusalem, et episcopatum postea“ – Quo tempore hoc factum sit, ignoratur.

§ 7. – De ultimis annis vitae Humberti quasi nihil certi scimus. Usque ad finem vitae magno honore in ordine habitus est et post eius mortem, die 14. Julii 1277 – suffragia eadem cum eadem sollemnitate

¹ De ista pugna cfr.: MOPH, I, V.; Mortier, Histoire des m. gen., I.; Bernard Gui, Libellus, Martène VI.; Denifle-Chatelain, Chartularium, I.; F. X. Seppelt, Der Kampf, III.; Jallonghi, La grande discordia, I.; M. Bierbaum, Bettelorden und . . ., etc. — ² MOPH, III., p. 121. — ³ Heintke, Humbert, p. 76. — ⁴ Scriptores, I, p. 142.

ac pro magistro ordinis in officio decedentis habita sunt. Probabiliter mortuus est apud suos in oppido Romanis.¹ Sepultus est in ecclesia conventuali sui ordinis Valéntiae. Eius nomen ex ordinatione capituli generalis a. 1278 ordinis Martyrologio insertum est.² – In ordine Praedicatorum titulum Beati habet, sed officialiter non hoc tempore colitur, quia cultus adhuc approbatus non fuit.

§. 8. – *Figura moralis Humberti* necessario illustranda ad maiorem et faciliorem intelligentiam eius idearum est, saltem paucis verbis. In figura morali Humberti tria praecipue occurrunt: Humbertus ut religiosus; secundo Humbertus ceu missionarius; tertio Humbertus ceu scriptor.

§ 9. – Humbertus ut *religiosus* et Frater Praedicator tamquam exemplar omnibus esse potest. Wenck³ de ipsodicit: „Humbert war ein Charakter, ein Mensch von unbedingter Ueberzeugungstreue, ein Christ, der das gute und fromme anerkannte, wo er konnte, das böse mit Nachdruck bekämpfte, der dem wohlmeinenden Schwachen die hilfreiche Hand entgegenstreckte. Man muss ihn achten, je mehr man sich in seine Schriften vertieft. Er ist nicht durch neue Gedanken ein führender Geist in dem an hervorragenden Männern in Kirche und Staat so reichen 13 Jh., aber er nimmt in der Geschichte der Predigt und der Gelehrsamkeit durch seine organisatorische Tätigkeit und durch seine Werke einen bedeutungsvollen Platz ein, vor allem in der Geschichte seines Ordens.“ – Ipse fuit, qui dedit ordini Praedicatorum characterem definitivum. Chapotin⁴ dicit: „l'un des hommes qui ont le plus contribué donner à la vie dominicaine son caractère définitif“. – Monumenta⁵ testantur de ipso: „vir totius religionis speculum et humilitatis formale decus.“ Alio loco: „vir utique in multis expertus et diversis infirmitatibus ac laboribus pluries excoctus“. Facta et scripta Humberti ipsum ut hominem mensurae et viae mediae aureae demonstrant. In omnibus rebus vitat excessus. – Conciliat omnes et omnia. Est magnus defensor auctoritatis, quae est absolute necessaria ad ordinem in mundo et Ecclesia servandum.

§ 10. – Humbertus ceu *missionarius* thema valde delectabile est. Praedicando pluries peragravit totam Europam meridionalem et occidentalem. – Reliquit multas conciones et plura scripta de eruditione

¹ Heintke, p. 147. — ² MOPH, III., p. 198. — ³ Das erste Konklave . . , p. 162. —

⁴ Histoire des Dom. . . , I., p. 72. — ⁵ MOPH, III., p. 66; vol. I., p. 337.

praedicatorum, de sermonibus cudendis, etc. – Ideam missionariam in ordine Praedicatorum et possumus dici in universali Ecclesia valde promovit. – Altaner¹ de ipso declarat: „... der bedeutendste Missions-Ordensmeister“, in s. 13. – Et paulo postea:² „Zweifelloos lässt sich aus den Quellen feststellen, dass auf allen Schauplätzen, die mit der Gründung des Ordens alsbald beginnende erste Periode der Missionspropaganda in der Zeit des Generalats Humberts (1245-63) ihren *Höhepunkt* erreicht hat.“ Ut missiones in toto mundo a fratribus cum maiori fructu evolvi possent, studium diversarum linguarum promovebat. In provincia Hispaniae ordinavit a. 1259, ut fundaretur „studium arabicum“. ³ Spiritum missionarium in toto ordine animatis litteris encyclicis promoveri cum fructu studuit. De istis litteris missionariis Altaner dicit:⁴ „Seine im Anschluss an die Generalkapitel der Jahre 1255 und 1256 an alle Konvente des Ordens abgesandten Rundschreiben sind kostbare Dokumente seines Missionsinteresses und seiner Missionsfürsorge.“

§ 11. – Humbertus ceu *scriptor* non est thema sine maxima importantia. – De eius scriptis hic non agimus, sed solum de caractere. Opera eius sunt varii generis: homiletica, ascetica, liturgica, historica, paedagogica, polemica; sui generis sunt litterae encyclicae et Opusculum Tripartitum. – Omnia eius opera sunt ordinis practici. Metaphysicas theoreticas speculationes non amat. Eius personalis persuasio fuit, quod non oportet libros scribere nisi ex necessitate et ad bonum commune animarum et Ecclesiae. Non delectatur in pulchris verbis, sed sentiis firmis, simplicibus, claris. – Eos, qui non scribunt solum ex necessitate, audaces vocat, dicendo:⁵ „Quanta ergo praesumptio quorundam qui tam audaces sunt ad compilandum novos libros et nova scripta “ Aliquando et aliquibus licet libros novos scribere ex necessitate:⁶ „Circa quintum notandum, quod nova licet scripta et novi libri sint valde utilia in Ecclesia Dei, tamen ad faciendum huiusmodi nova scripta quae aliis publicentur, non debent exponi nisi pauci.“

Opportet omnia fieri in pondere et mensura.

Ergo quidquid sit Humbertus ceu religiosus ceu missionarius ceu scriptor, semper est apostolus, qui se totum sacrificare desiderat, ut alios Christo lucrificeret. (Contin.)

¹ Missionen , p. X. — ² Ibid., p. XII. — ³ MOPH, I. — ⁴ Missionen, p. 6. — ⁵ Opera, I., 459. — ⁶ Opera, I., p. 460.

RECENSIONES

STATISTICA CON CENNI STORICI DELLA GERARCHIA E DEI FEDELI DI RITO ORIENTALE. — Editio S. Congregationis Orientalis. 12°, 576 pg. Roma (Tipografia Vaticana) 1932.

Liber utilissimus, iam diu desideratus. Usque ad annum 1917 S. Congregatio de Propaganda Fide etiam catholicos ritus orientalis dirigebat; in qua congregatione a. 1862 instituta est pars (sectio) „Pro negotiis ritus orientalis“. Elenchus (schematismus) „Missiones catholicae“, a hac congregatione editus, etiam notitias de catholicis orientalibus comprehendebat; post annum 1917 vero hae notitiae omissae sunt. Multa interim in Oriente christiano mutata sunt; studia orientalia magnos fecerunt progressus. Demum nova Congregatio Orientalis, multis superatis difficultatibus, praesentem edidit librum, magna doctrina accurationeque eminentem. P. R. Janin in libro „Les Églises orientales et les Rites orientaux“ (2. ed. Paris 1926) multa utilia scientificeque absoluta collegit; attamen multa adhuc desideranda, multa incerta ignotaque manebant. Liber demum praesens conspectum elenchumque ecclesiae orientalis praebet omnibus numeris absolutum.

In praefatione (pg. 5-10) historia libri praesentis describitur. Praeter officiales ipsius congregationis atque praelatos ritus orientalis magnam operam contulerunt Franciscus Agagianian (vicerektor Pontifici Collegii Armeni), P. Georgius Hoffmann (professor Pontificii Instituti Orientalis), Cyrillus Korolevskij (e bibliotheca Vaticana). In libro omnia omissa sunt, quae Russiam atque Commissionem pro Russia attingunt; quod valde dolendum est. Post praefationem sequuntur notitiae historicae de S. Congregatione Orientali cum elenchis praefectorum aliorumque officialium Congregationis de Propaganda Fide (usque ad anno 1917), membrorum officialiumque S. Congregationis Orientalis variarumque commissionum ipsi aggregatarum (pg. 14-25). Plenus titulus huius congregationis est *Sacra Congregatio pro Ecclesia Orientali*, ast in textu italico semper brevior titulus *Sacra Congregazione Orientale* adhibetur. Pg. 27-28 enumerantur delegationes apostolicae, a Congregatione Orientali dependentes; Bulgaria Constantinopolis, Egyptus et Arabia (Cairo), Graecia, Mesopotamia cum Kurdistan et Armenia Minore (Mossul), Persia (Teheran), Syria (Beyrouth). Delegati sunt ritus latini et etiam pro catholicis ritus latini, attamen a Congregatione Orien-

tali dependent. In Graecia (Athenis) et Constantinopoli idem delegatus apostolicus (Archiepiscopus Carolus Margotti) munere fungitur, Constantinopoli et Athenis (inde ab a. 1931) alternatim residens.

Sequitur potissima libri pars: *Hierarchia ecclesiastica orientalis* (pag. 33-257). Describuntur catholici omnium rituum orientalium praeter Russos et Georgios (Gruzini). Singulis elenchis hierarchiae variorum rituum orientalium praemittuntur breves notitiae historicae brevesque observationes de ritu, notis bibliographicis additis; elenchis hierarchiae adnexae sunt notitiae de numero fidelium, ecclesiarum, sacerdotum, scholarum, religiosorum, confraternitatum e. a. In conspectibus historicis et in elenchis multa etiam de dissidentibus eorumque hierarchia et numero dicuntur. Haec libri pars pretiosissima est. Multa, quae in variis libris scientificis fontibusque historicis dispersa sunt, in unum collecta, ad ordinem atque ad recentissimum scientiae statum redacta sunt.

In divisione denominationeque rituum orientalium nonnulla nova, hucusque minus usitata occurrunt. Quinque ritus orientales numerantur: 1. Ritus alexandrinus, 2. antiochenus vel syrus, 3. armenus, 4. byzantinus vel graecus, 5. chaldeus vel syro-chaldeus. Hisce ritibus variae subordinantur variationes: r. alexandrinus comprehendit Coptos et Aethiopes; r. antiochenus complectitur Malankaresos, Maronitas et Syros; r. chaldeus vel syro-caldeus comprehendit Chaldeos et Malabarios, ritus vero byzantinus in undecim ritus nationales dividitur. Haec divisio cum hodierna rerum orientalium scientia concordat, attamen quaedam nova ac minus usitata habet. Viri ecclesiae orientalis periti recentissime demonstraverunt talem geneticam rituum orientalium divisionem, ast aliter eos distribuebant et denominabant. Ritus hic alexandrinum dictum r. coptum denominabant illique r. aethiopicum subordinabant. Ritus maroniticum tamquam ritum proprium habebant. Catholicos Malabarenses a Syris et Chaldeis distinguebant, quia ritus illorum varias subiit modificationes. Ritus, qui hic dicitur byzantinus vel graecus, in libris doctis recentissimis atque documentis recentioribus Romanis communiter solum byzantinus (additis: byzantino-slavus, byzantino-graecus e. a.) nominatur; liber noster hanc denominationem praefert, attamen denominationem: „vel graecus“ addit, illis Orientalibus indulgens, qui ab attributo byzantino abhorrent.

Distributio materiae ordine alphabetico regitur. Propterea primo loco descripti sunt christiani ritus alexandrini, nempe Copti et Aethiopes (italice: Etiopi). Sequuntur christiani ritus antiocheni, inter illos primo loco Malankaresi, i. e. Malabari, qui saeculo XVII. ab unitate catholica iterum defecerunt et, hierarchicam ordinationem quaerentes, mira fortuna cum Syris Jacobitis (monophysitis) societatem inierunt, ritu syro et haeresi monophysiticae adhaeserunt. Inter hos recentissime exortus est motus catholicus duce archiepiscopo Mar Ivanios, qui a. 1930 cum ecclesia catholica se reconciliavit; fideles eo subditi pg. 53 numerantur 5.150, pg. 545 iuxta statum recentiore vero 9000. Eorum historia valde intricata pg. 49-52 narratur atque tabula pg. 52 illustratur. Dissidentes circa 300.000 pg. 53 numerantur. Malabari ritus chaldei pag. 247-257 describuntur. Talis stricta divisio ordine alphabetico rituum hac in parte nobis minus opportuna videtur. Res enim genetice et historice cohaerentes dilacerantur atque aliquatenus perturbantur. Dissidentes, quorum numeri pg. 255-257 indicantur, probabiliter iidem sunt, qui pg. 53 numerantur; sed numeri concordare non videntur.

In capite de Maronitis pg. 54-56 nihil de haeresi monetheutica, nihil de reconciliatione Maronitarum cum ecclesia catholica dicitur. Supponitur ergo Maronitas semper verae fidei et ecclesiae catholicae adhaesisse, quod Maronitae quidem contendunt, sed plurimi viri docti catholici negant.

In serie christianorum ritus byzantini primo loco (ordine alphabetico) describuntur Albani dissidentes (pg. 96-98), qui 172.000 numerantur. Multa paucis nota narrantur. Sub Benedicto XV quidam archimandrita in urbe Elbassan nomine Germanos, cum ecclesia catholica se reconciliavit; quem nonnulli fideles secuti sunt. Hoc est initium catholicorum ritus byzantini in regno Albania: hos paucos catholicos unus sacerdos catholicus moderatur.

De Italo-Albanis, in Italia dispersis, historice demonstratur (pg. 116-122) omnes esse origine Albanos; quapropter denominatio Italo-Graeci tamquam minus oportuna omissa est.

Valde accurate descripta est historia catholicorum ritus orientalis in Jugoslavia in dioecesi Križevci (pg. 125-132). Inter hos catholicos sunt 13.000 Croati (recte „Serbi croatizzati“ ut pg. 125 dicitur), 25.000 Rutheni e Russia Subcarpatica et Galicia oriundi, 3000 Romuni (Rumeni), 3000 Macedoni.

Uberrime historia et status hodiernus Ruthenorum describuntur (pag. 169-220). Historia a. 975-1458 opportune ut pars historiae Russis et Ruthenis communis describitur (pg. 171-174). Accurate narratur historia ecclesiastica Ruthenorum in Polonia hodierna et saeculorum praeteritorum (pg. 175-198), ast de catholicis Ruthenis et Belorussis extra provinciam Leopoltanam nihil dicitur, quia Commissioni pro Russia subsunt, de qua stricte tacetur in hoc libro. Sequuntur conspectus historiae et hierarchiae Ruthenae in Čechoslovacia (Podkarpatska Rus, pg. 198-210), in Rumenia (Bukovina), in Statibus Unitis, in Kanada, in Argentina et Brasilia.

In duobus ultimis capitibus huius partis describuntur Chaldei et Malabari (pg. 229-257).

Sequitur brevis conspectus historiae et organisationis Pontificii Instituti Studiorum Orientalium. (Ita hoc institutum appellatur in actis ipsius instituti; in iisdem actis adhibetur etiam titulus brevior: P. Institutum Orientale).

In parte sequente describuntur historia et status hodiernus Pontificiorum Collegiorum orientalium in urbe Roma et quorundam seminariorum orientalium extra Romam (pg. 265-297).

Maximi momenti est pars de institutis religiosis, i. e. de ordinibus et congregationibus religiosis ritus orientalis (pg. 299-409). Describuntur instituta monachorum regularium et monialium pure orientalium nec non rami orientales ordinum et congregationum occidentalium. Elenchis ordinum et congregationum praemittuntur notitiae historicae magnae auctoritatis scientificae. Ingens labor. Prima vice collecta et ordine disposita est grandis materia. Haec pars in multis illa supplet, quae in conspectu hierarchiae orientalis (pag. 33-257) tradita sunt. E. gr. monachi mechtaristae armeni habent missiones et parochias in provinciis, de quibus nihil dictum est in conspectu hierarchiae Armenorum; pg. 352 mentio fit de missionibus mechtaristarum in Novi Sad in Jugoslavia et Phillippopoli (Plovdiv) in Bulgaria.

Hac in parte res graviores interdum paucis describuntur verbis, res vero minoris momenti uberius. Uberius e. gr. describitur ramus orientalis (byzantinus) Fratrum Minorum (pg. 360-362), afferuntur notitiae biographicae primi sacerdotis orientalis huius ordinis, describitur eius habitus orientalis, narratur duos alios ipsum secutos esse. Ast unum tantum socium habuit et tempore, quo hic liber editus est, ob rerum circumstantias iam uterque

ad ritum latinum rediit. — De sororibus eucharisticis, quarum centrum hodie Sophiae in Bulgaria est, et de nonnullis aliis institutis gravioribus perpauca tantum dicuntur.

Sequitur conspectus regularium latinorum in Oriente christiano „in adiutorium et levamen orientalium“ (pg. 411-503), additis notis historicis magni pretii. Multa proferuntur, quibus notitiae partis praecedentis suppleantur.

Sub finem libri adnexi sunt nonnulli conspectus generaliores: 1. Brevis conspectus orientalium variorum rituum in Statibus Unitis Americae (pg. 505-515); 2. ecclesiae catholicae ritus orientalis in dioecibus latinis (pg. 517-529); 3. conspectus generalis hierarchiae catholicae orientalis secundum maiores divisiones ecclesiasticas, patriarchatus a. e. (pg. 533-537); 4. conspectus hierarchiae catholicae orientalis secundum varias provincias (terras) civiles (pg. 539-543); 5. conspectus generalis „statisticus“ catholicorum orientalium (pg. 545-551), numerus catholicorum, fidelium, sacerdotum, regularium et episcoporum. Liber concluditur indice alphabetico personarum et indice analytico.

In tanta mole rerum notitiarum, numerorum e. a. quaedam minus accurata vel dubia occurrunt, nonnulli lapsus calami et quidem errores typographici subrepserunt. — Residentia delegati apostolici in Bulgaria aliter indicatur pg. 27 atque aliter pg. 104. — De Leone Magno dicitur, ipsum sine fructu intercessisse contra canonem Chalcedonensem (pg. 108); quod mitigandum esse videtur. — Petrus Mogila (pg. 179) „aversario deciso sia dei catholici, sia dei protestanti“ dicitur. Sed multi econtra putant, illum non fuisse „decisum“ adversarium catholicorum vel saltem non aequaliter adversarium catholicorum quam protestantium. — Meletius Smotrickij (pg. 179) anno 1627 adhaesit ecclesiae catholicae (non a. 1637). — Episcopus auxiliaris lituanus, traditor ecclesiae catholicae, fuit Antonius Zubko (non Žubko, pg. 188). — Alia quoque nonnulla in nova editione emendanda erunt. Ast lapsus et menda sat pauca occurrunt, si ingens moles rerum et numerorum consideratur.

Liber praesens multa continet non solum maiori theologorum parti, sed etiam multis viris rerum orientalium peritis nova. Ingens materia, in variis libris et fontibus dispersa, in unum collecta atque ad recentissimum scientiae statum redacta est. Liber sane magni ponderis magnaeque utilitatis, quasi compendium magnae partis theologiae orientalis ad usum scholarum theologiarum. Testimonium magni progressus studiorum orientalium dirigentibus S. Congregatione pro Ecclesia orientali et Pontificio Instituto Studiorum Orientalium. Forsan partes selectae lingua latina edi poterunt ad usum scholarum. FRANCISCUS GRIVEC.

„NOVÁ ZORJA“, folium catholicum ucrainum, Nr. 61 (Leopoli 14. augusti 1932) de VI. Conventu Velehradensi publicavit articulum, scatentem somniis et calumniis, quae virum catholicum non decent. Scriptor anonymus modum adaptationis sacelli s. Cyrilli („Cyrilka“) pro ritu orientali dicit „magnum peccatum“, quia sacellum adaptatum est ad ritum „pure byzantinum“. De dirigentibus VI. Conventum Velehradensem, de viris pro ecclesia et scientia meritis, dicit, illos finem congressus ignorasse, panslavismo religioso indulgere, somniis laborare, „monopolium“ actionis unionisticae sibi arrogare. Quae scriptor de quodam „interview“ cum dr. Grivec scribit, veritati et regulis humanitatis contraria sunt. Dr. Grivec de illa quaestione (cur in conventibus Velehradensibus praeter linguam latinam etiam lingua russica admittatur) in consultationibus peritorum brevem habuit relationem, quam viri periti variarum nationum (etiam Poloni, Belorussi, Ucraini) approbaverunt. Idem in V. Conventu Velehradensi (a. 1927) in praelectione de methodo agendi pro unitate principia vere christiana et catholica de hac actione, omnibus plaudentibus, explicabat.¹ Medullam illius praelectionis dirigentes VI. Conventum Velehradensem iterum proposuerunt tamquam resolutionem: „Introducatur et diffundatur pia consuetudo, sanctam communionem offerendi pro orientalibus orthodoxis nationibus et pro fidelibus aliarum nationum, praesertim illarum, quae ut inimicae propriae nationi considerantur.“ Quae resolutio omnibus plaudentibus approbata est. Panslavismus religiosus vel quilibet nationalismus iam ab initio longe abest a conventibus Velehradensibus.

E contra vero scriptor articuli ucraini illis vitiis laborare videtur, quae conventibus Velehradensibus eosque dirigentibus tribuit. Aversionem enim contra „ritum byzantinum“ et contra Russos, quos „Moskalos“ vocat, manifestat. In fine vero addit, iam actum esse de conventibus Velehradensibus; VI. Conventum Velehradensem iam ultimum („omega“) fuisse. En somnia et „monopolium“ unionis! G. F.

FR. JEMELKA: LITTERAE CATHOLICAE RUSSICAE, quae iam per aliquot annos cura ecclesiae catholicae russicae Parisiensis eduntur et divulgantur, duplicis sunt generis: Sunt equidem libri partim e gallica lingua in russicam translati, partim a Russis catholicis scripti et sunt periodicae publicationes.

I. 1. B. N. Kostylev et P. P. Ganskij translationem libri P. Josephi Bousquet, prorektoris Catholici Instituti Parisiensis, procurarunt: „Edinstvo Cerkvi i Grečeskij raskol“ sub abbreviato titulo: „Grečeskij raskol“ (Paříž 1925). Tempore opportuno, quo orthodoxi Slavi in Haemo plenam libertatem a Turcarum jugo expugnare coeperant, P. Bousquet praelectiones de unitate Ecclesiae et schismate Graeco

¹ Acta V Conventus Velehradensis pg. 174 sq.; lingua gallica haec praelectio apparuit in folio „L'union des Églises“ a. 1928.

in Catholico Instituto Parisiensi habuit (1912) easque praematura morte correptus scriptas dereliquit, ita ut anno 1913 iam edi poterant. Historici eventus, qui exeunte bello mundano iterum orthodoxum Orientem radicitus perturbarunt, librum P. Bousquet russica lingua edendum juste suadebant.

2. Duos libros R. Plus, Dans le Christ (Vo Christě Jisusě) et Le Christ dans nos Frères (Christos v Bližnem) continentes expositionem fundamentalium veritatum mysticismi catholici traduxit N. A. Lappo-Danilevskoj.

3. Ad quaestionem de validitate sacerdotii apud Anglicanos (K voprosu o dějstviteľnosti Anglikanskago svjaščestva) respondit Georgij Bennigsen Londonensis in russo hoc libro anno 1927. Parisiis edito.

4. P. St. Tyškěvič, S. J. edidit cura Societatis sti Joannis Chrysostomi anno 1929. russicum catholicum catechismum (Katoličeskij katichisis) continentem quinque capitibus doctrinam de Ecclesia, symbolo fidei, decalogo, de conscientia, peccato ac virtutibus, de gratia et sacramentis (214 pag.); et deinde anno 1931. edidit specialem librum „Učenie o Cerkvi“ = Doctrina de Ecclesia, quam hisce capitibus absolvit: I. Prolegomena doctrinae de Ecclesia; II. Corpus Christi mysticum; III. Fundatio, et natura Ecclesiae in terris sitae; IV. Notae verae Ecclesiae; V. Fundamentale instrumentum Christi Pastoris in Ecclesia. (31 opp.)

II. Periodicas publicationes edendas curabat inde ab anno 1924 usque ad a. 1926. P. Tyškěvič in forma (mensilis) folii „Vjera i rodina“ (Fides et patria), cui subsequebantur annuae collectiones sub titulo „Katoličeskij Vremennik“ (1927—1929). In hisce „Annalibus“ cooperabatur jam cum Russis catholicis (P. Tyškěvič, P. A. Sipjagin, G. Bennigsen, Vorotnikov, Kamenskij, Maklakov et aliis) et Russus orthodoxus Dr. V. S. Vilinskij („Tvorimaja legenda i istoričeskaja dějstviteľnost“, liber II. 1928. et „Katoličestvo i ocerkovlenie žizni“ cum relatione de Apostolatu SS. Cyrilli et Methodii, de Academia Velehradensi et de conventibus Velehradensibus liber III, 1929). Ultimo tempore „Annalibus“ iterum successit folium (bimensile) „Blagověst“ (Bonne Nouvelle), quod anno 1931 separatam edidit russicam versionem encyclicae Pii P. XI. „Quadragesimo anno“ et simili modo anno 1932 versionem encyclicae „Caritate Christi compulsi“. Duo fasciculi (No 6 et 7) periodici folii „Blagověst“, qui anno (1932) prodierunt, haec themata pertractanda susceperunt (No 6.): Jubilaeum Pii P. XI. Protoj. S. V-n, Liturgia praesantificatorum, M. V., Una de epistolis b. Catharinae Sennensis, Sac. A. Sipjagin, Patres O. S. Benedicti et monasterium Solem (in Gallia, ubi sacerdotes ritus byzantino-slavi exercitiis spiritualibus vacabant), Bibliographicae adnotationes. — (No 7.) — Msgre Evreinov, Momentum SSae Eucharistiae pro unitate Ecclesiae, relatio hābita in eucharistico congressu Dublinensi, Renovatio Rossiae, Sac. A. Sipjagin, Procuror S. Synodi V. K. Sabler et

„Actio catholica“, G. B., Adhuc de ritu Orientali, Ecclesia catholica in Hispania post novam constitutionem anni 1931., G. B., Congressus eucharisticus Dublinensis Chronica, P. Bronislav-Methodius, Ussas, E historia catholicismi in Russia, Ephemerides russica de catholicismo.

PUBLICATIONES IDEAM UNITATIS ECCLESIAE FOVENTES
VEL ATTINGENTES:

PAVAO BUTORAC, KRŠČANSKO JEDINSTVO, editio separata de folio „Vrhbosna“, Sarajevo, 1930.

Professor gymnasii Cattarensis, Paulus Butorac, philosophicam et historicam evolutionem ideae Unitatis delineat, tractans primum de ipso conceptu unitatis, dein de unitate mentis, artis ac vitae in historia nationum. Sub hoc respectu crisi subjicit historicos eventus reformationis, absolutismi, macchiavelismi nec non ultimos conatus pacificos ad restuarandam unitatem internationalem (Liga nationum, Kellogi pactum), ad quam vere assequendam efficacissimum medium proponit in Ssa Eucharistia et primatu Romani Pontificis.

PAMIETNIK II.-EJ KONFERENCJI KAPLAŃSKIEJ w sprawie Unji Kościelnej w Pińsku. Edidit Orientalis sectio curiae episcopalis in Pińsk, p. 153. Zelator unitatis Ecclesiae ferventissimus, defunctus episcopus Sigismundus Ložiński de Pińsk, initiator fuit consultationum cleri latini et byzantino-slavi, quae anno 1932 iam tertia vice in Pińsk sunt habitae. Acta II. conferentiae Pińskianae in libro supra nominato edita continentur et pertractant haecce themata: J o a n n e s U r b a n, S. J., Kraków, Status Ecclesiae orthodoxae in Polonia, Russia et in aliis regionibus, Dr. Ignatius Swirski, professor universitatis Vilnensis, In quantum systemata theologiae moralis catholicae et orthodoxae inter se maxime differant, P. Titus Haluščinskij, O. S. B. M., Ius coelibatus clericalis in Ecclesia Orientali, Dr. Andreas Iščak, quomodo quibusque mediis cultus Ssae Eucharistiae in ritu Orientali sit vivificandus ac dilatandus? Prof. Dr. Casimirus Kułak, „Finis et organisatio conferentiarum unionisticarum in Pińsk, Dr. Henricus Cichowski, Primatus in concilio Ephesino. — Praefationem „Actorum“ scripsit archiepiscopus de Ropp et, quae de methodo laboris unionistici inter orthodoxos fratres in conventu referebat praeses eppus Ložiński, actis adjuncta pia memoriae optimi praesulis inopinate defuncti testimonium sunt facta.

DR. FR. GRIVEC, NOVA SMER V SRBSKI CERKVI, Ljubljana, separata editio de „Bogoslovni Vestnik“ 1932, No 2. Modo irenico profert Dr. Grivec, professor universitatis Labacensis, documenta ingravescantis animi inimici orthodoxo-

rum Serborum contra Ecclesiam catholicam et inquit fontes hujus inimicitiae. Theologicae opiniones Chomjakov ejusque asseclarum apud Russos jam oblivione obrutae a nonnullis serbicus theologis (Dr. Popović, episcopus Velimirović etc.) repristinantur et, quae Dostojevskij olim Ecclesiae Catholicae injuste (Magnus Inquisitor) exprobrabat, novo opprobrio proponuntur. Ast professores orthodoxae facultatis Beogradensis huic Chomjakovii theologiae non assentiunt. Renovandis litibus religionis nec via sternitur corroborandae fidei orthodoxorum Serborum, nec in Jugoslavia exstinguetur Ecclesia catholica, concludit auctor pacis ac unitatis ecclesiasticae in patria amantissimus.

DR. VALERI VILINSKIJ, UNIONIZMUS, sumptibus „Societatis Sti Adalberti, Trnava 1932. In textu inveniuntur 16 reproductiones religiosae artis russicae, quibus librum exornavit Dr. Josephus Myslivec Pragensis. Lingua slovacica exaratus liber constat duabus partibus: In prima parte investigat auctor radices schismatis et unionismi ideologicas et historicas, ostendens unitatem Ecclesiae tamquam principium necessarium Christi regni in terris. Conamina Romanorum Pontificum unitatem Ecclesiae prosequentia nihil aliud intendebant quam, ut omnibus nationibus adveniret regnum Dei. Dr. Vilinskij Russia oriundus ideam unitatis praeprimis ad suam nunc tam infelicem patriam extendit. In parte secunda historiam Ecclesiae russicae describit ejusque statum hodiernum commemorat. Ad cognitionem Orientis christiani, qua via Unitatis praeparari debet, liber philocatholici russici scriptoris, prouti totus ejus labor ad fovendam Ecclesiae unitatem susceptus, haud pauca conferet.

L'OEUVRE DE L'UNION EN POLOGNE. Litterae pastorales episcopi Podlachensis Dris Henrici Przeździecki, Varšava 1932. (Par l'agence Polonaise de la presse catholique.) Cum idea unitatis in dioecesi Siedlcensi seu Podlachensi in Polonia practicum habet momentum, cumque et a nonnullis catholicis Polonis privatim et publice infestatur, necessarium putavit episcopus Przeździecki litteris pastoralibus et populum fidelem edocendum de sincero religioso caractere actionis unionisticae, cui quaevis politica intentio est alienissima, et injustas invectiones inimicorum sic dicti „unionismi“ refutandas. Methodus in explicanda nec non et in defendenda idea unitatis Ecclesiae adhibetur a clarissimo auctore vere pacifica et gravitate laboris a Summo Pontifice iterum atque iterum collaudati digna. Textus polonicus in gallicam linguam translatus separata editione ultra limites Podlachensis dioeceseos conatibus unionisticis utinam profectus afferat!

STEFAN CANKOV, PRAVOSLAVNÉ KŘEŠŤANSTVÍ VÝCHODNÍ, nákladem Ligy pravoslavné kultury 1931, z němčiny přeložil Josef Židek. Professor orthodoxus universitatis Sofiensis in Bulgaria, Dr. Stephanus Cankov, invi-

tatus anno 1927 ab evangelico-lutheriana facultate Berolinensi habuit coram protestanticis auditoribus praelectiones de Oriente orthodoxo, quae postea a Societate editoria „Furche“ in libro collectae prodierunt sub titulo „Das orthodoxe Christentum des Ostens“ Josephus Židek adornavit bohemicam libri versionem, adauctam proemio doctissimi auctoris Bulgari, ast in spiritu senescentis iam pseudoliberalismi et hussitismi conscripto. Accomodatio orthodoxi auctoris ad mentem protestanticorum auditorum haud paucis in locis elucet.

A. KARTAŠEV, CERKOV I GOSUDARSTVO, russici folii „Put“ supplementum, YMCA-Press, Paris 1932. Auctor qui olim in gubernanda Russia partes habuit uti minister cultus, respondet hoc libello ad practicam quaestionem, quo modo iam nunc sit praeparanda relatio liberae ecclesiae russicae ad futurum nationale regimen russicum. Errores praeteritos commemorans missionem vere theocraticam Ecclesia russicae realisandam attribuit.

DR. LUDWIG BERG, WAS SAGT SOWJETRUSSLAND VON SICH SELBST? Tat-Verlag, Köln a/R. 1932. Testimonia officialia et authentica proferens delineat auctor veram faciem sovjeticae Russiae tum quoad ipsa fundamenta culturae et philosophiae practicae, tum quoad vitam socialem, moralem et religiosam. Ab eodem auctore anno 1927 edita est collectio „Ex Oriente“ (Mainz, Matthias-Grünwald-Verlag 1927), ubi viri periti quaestiones Orientem christianum attingentes erudite evolvunt.

STUDIUM BIBLICUM IN LITTERATURA BOHEMICA TEMPORIS NOVISSIMI.

Magna encyclopaedia theologica „Český slovník bohovědný“ anno 1932 fasciculum 7. voluminis V attigit; continet i. a. articulos: „Chananejci“ (Miklík), „charisma“ (Hudec), „cherub“ (Hejčl), „chiliasmus“ (Budař), „chronologie biblická“ (Hejčl), „inspirace“ (Hudec), „Isajáš“ (Hejčl), „Isák“ (Hejčl-Myslivec), „islam“ (Hudec), „Israelité“ (Hejčl), „Itala“ (Hejčl).

Dr. B. K u t a l studio indefesso in edendis suis optimis commentariis prosequitur (Liber prophetae Hošea e, Olomucii 1929; L. p. Ioelis, Ol. 1932; L. p. Amos et Abdia e, Ol. 1933). Libri sunt e textu originali latine et metricè versi, explanati, notis criticis et philologicis illustrati.

Ex eodem textu originali hebraico critice praeparato metricè lingua pulcherrima bohémica vertit et notis instruxit librum Job – Dr. J. H e g e r (Kniha Ijjob, Praha 1933). Idem auctor simili modo apparatus edendum promittit Canticum ac.

Dr. Hejčl novam versionem Novi T. (rhythmicam, in quantum possibile) aggressus est; hucusque prodierunt: Tři listy Miláčka Páně (Olom. 1932); List sv. Judy Tad. a dva nejstarší okružní listy biskupa římského (Ol. 1933); Do Soluně a do Galae tie (Ol. 1933); List sv. Pavla Filemonovi (Ol. 1933). Idem recudit Apostolarium Dris J. Sýkora (Apoštolář, Praha 1933). Ex A. T. edidit revisam versionem I partis magni operis „Bible česká“ redactis ad minimum adnotationibus (Praha 1930 – 1932).

Nominentur adhuc novissima scripta Dr. Hejčl argumenti biblico-ascetici: „Z Hradce Králové do Želiva“ (Exercitia spiritualia pro sacerdotibus. Ol. 1931), „Chléb s nebe“ (1932). „Písmo sv. v životě kněžově“ (1932). „Eucharistická četba bible“ (Praha 1933).

In deposito Academiae Velehradensis adhuc supersunt:

Slavorum litterae theologicae:

Conspectus periodicus, Praeae. (Incomplete!)

Tom. I. 1905

Tom. III. 1907

Tom. V. 1909

Tom. II. 1906

Tom. IV. 1908

Tom. VI. 1910

Singuli tomi per 10 Čč.

Acta Academiae Velehradensis:

(Incomplete.)

Tom. VII. 1911 fasc. 1. – 2., fasc. 3., fasc. 4. 20 Čč.

Tom. X. 1914 – 1919. 30 Čč.

Tom. VII. 1912 1. – 3. fasc. 10 Čč.

Tom. XI. 1920 – 1922. 15 Čč.

Tom. IX. 1913 1. – 2. 5. Čč.

Acta Conventus Velehradensis:

Acta I. Conventus Velehradensis. 10 Čč.

Acta III. Conventus Velehradensis. 15 Čč.

Acta II. Conventus Velehradensis. 10 Čč.

Acta IV. Conventus Velehradensis. 40 Čč.

(leg. 50 Čč.)

Opera Academiae Velehradensis:

Tom. II. *Konstantinus-Cyryllus und Methodius, Die Slavenapostel* von Franz Snopek, Kremsier 1911. 30 Čč.

Tom. III. *Nomenclator (incompletus)*.

Tom. IV. *Acta Conventus Velehrad.* III. uti supra.

Tom. V. *Die Slavenapostel*, Kritische Studien von Dr. Franz Snopek, Kremsier 1918. 30 Čč.

Tom. VI. Trudy. *Acta Conventuum Velehradensium in lingua russica*. 10 Čč.

Tom. VII. Popov, *Katechismus (germanice)*. 5 Čč.

Tom. VIII. *Vladimír Sergijevič Solovjev, jeho život a působení* od K. Jindřicha. 5 Čč.

Tom. IX. Dr. Fr. Grivec, *Pravoslavi, ze slovinského rukopisu přeložil Marin Chudoba*, Kroměříž 1921. 5 Čč.

Tom. X. *Byzantinské pojmání církevního prvenství s dodatkem o pravověrnosti svatého Cyrila a Metoda* od Fr. Grivce, univ. prof., přeložil Martin Chudoba, Kroměříž 1922 (exhaustum).

Tom. XI. *Acta V. Conventus Velehradensis 1927*. 50 Čč. (2 Dol. am.)

Tom. XII. Dr. Grivec, *Die hl. Slavenapostel Cyryllus und Methodius*. (In commissione: Matthias Grünewald-Verlag Mainz.) 5 RM (leg. 6 RM).

Tom. XIII. Dr. Bonifác Segeřa, *Církev východní a západní*. Z jazyka řeckého český překlad. 25 Čč. (Socii A. V. 16 Čč.)

Tom. XIV. *Acta cursus Pragensis 1930*. Pret. 38. Čč.

Academia Velehradensis Olomouc ČSR. Salesianum.